

**CORPVS**  
**INSCRIPTIONVM LATINARVM**

CONSILIO ET AVCTORITATE

**ACADEMIAE LITTERARVM REGIAE**  
**BORVSSICAE**

EDITVM

**VOLVMEN NONVM**

BEROLINI APVD GEORGIVM REIMERV

MDCCCLXXXIII



**INSCRIPTIONES**  
**CALABRIAE APVLIAE SAMNII SABINORVM**  
**PICENI**  
**LATINAE**

CONSILIO ET AVCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARVM REGIAE BORVSSICAE

EDIDIT

**THEODORVS MOMMSEN**



BEROLINI APVD GEORGIVM REIMERVM

MDCCCLXXXIII

INSCRIPTIONES FALSAE VEL ALIENAE

Pars tertia. Marrucini		
LVI. Teate . . . . .	p. 16*	n. 321*—326*
Pars quarta. Paeligni		
LVII. Interpromium. Sulmo. Prezza. Corfinium . . . . .	16*. 49*	327*—340*. 766*
Pars quinta. Vestini		
LVIII. Aternum . . . . .	17*. 49*	341*—347*
LIX. Pinna . . . . .	17*	348*
LX. Peltuinum . . . . .	18*	349*—352*
LXI. Aveia . . . . .	18*	353*
Pars sexta. Marsi		
LXII. Marsi . . . . .	18*	354*—358*
LXIII. Supinum . . . . .	18*	359*
LXIV. Lucus . . . . .	18*	360*—364*
Pars septima. Aequi		
LXV. Alba Fucens . . . . .	19*	365*—375*
LXVI. Carsioli . . . . .	19*	376*—378*
LXVII. Aequiculi . . . . .	19*	379*—386*
Pars octava. Sabini		
LXXVIII. Amiternum . . . . .	20*. 49*	387*—409*. 767*
LXXIX. Nursia . . . . .	20*	410*. 411*
LXX. Interocrium . . . . .	21*. 49*	412*
LXXI. Civita Ducale . . . . .	21*	413*
LXXII. Reate . . . . .	21*. 49*	414*—430*
LXXIII. Stroncone . . . . .	22*	431*—434*
LXXIV. Forum novum. Trebula Mutuesca. Cures . . . . .	23*. 49*	435*—499*

REGIO ITALIAE QVINTA

LXXV. Hadria . . . . .	26*	500*. 501*
LXXVI. Interamnia Praetuttiorum . . . . .	26*	502*—505*
LXXVII. Asculum . . . . .	26*	506*—531*
LXXVIII. Cupra Maritima . . . . .	28*	532*—539*
LXXIX. Firmum . . . . .	28*	540*—561*
LXXX. Monte S. Giorgio . . . . .	29*	562*
LXXXI. Falerio . . . . .	29*	563*—565*
LXXXII. S. Ginesio . . . . .	29*	566*—573*
LXXXIII. Urbs Salvia . . . . .	30*	574*
LXXXIV. Tolentinum . . . . .	30*	575*—577*
LXXXV. Septempeda . . . . .	30*	578*—584*
LXXXVI. Treia . . . . .	30*	585*—588*
LXXXVII. Cingulum . . . . .	31*	589*
LXXXVIII. Ricina . . . . .	31*	590*—608*
LXXXIX. Potentia . . . . .	32*	609*—611*
XC. Auximum . . . . .	32*	612*—632*
XCI. Ancona . . . . .	33*	633*—642*
XCII. Picenae incertae . . . . .	33*	643*
VIAE PVBLICAE POPVLI ROMANI REGIONVM ITALIAE II. IV. V . . . . .	33*	644*—659*
INSTRVMENTVM REGIONVM ITALIAE II. IV. V . . . . .	34*	660*—663*
Glandes falsae editae a C. Zangemeister . . . . .	35*	664*—759*
AVCTARIVM . . . . .	49*	760*—767*
INDEX PRINCIPIORVM . . . . .	50*	

REGIO ITALIAE SECVNDA.

FALSAE VEL ALIENAE

PARS PRIMA. CALABRIA.

Tribu						
I. Leuca ( <i>S. Maria di Leuca</i> ) . . . . .	Fabia	p. 3. 651	n. 1— 6. 6093			
II. Callipolis ( <i>Gallipoli</i> ) . . . . .	Fabia	3	7— 9 . . . . .	Uzentum p. 1*	n. 1*	
III. Neretum ( <i>Nereto</i> ) . . . . .		4	10 . . . . .	1*	2*	
IIIa. <i>S. Pietro in Galatina</i> . . . . .		651	6094		3*. 4*	
IV. <i>Porto Cesareo</i> . . . . .		5	11—14 . . . . .			
V. Hydruntum ( <i>Otranto</i> ) . . . . .		5	15. 16. . . . .	1*	5*	
VI. <i>Lupiae (Lecce)</i> . . . . .	Camilia? }	5. 651	17— 31. 6095 . . . . .	1*. 49*	6*—13*. 760*	
	Fabia? }					
VII. Brundisium ( <i>Brindisi</i> ) . . . . .	Maecia	8. 652. 693	32—214. 6096—6150. 6391—6396c	2*. 49*	14*—20*. 761*—763*	
VIII. <i>Mesagne</i> . . . . .		19. 693	215—222 . . . . .	2*	21*—25*	
IX. <i>Uria (Oria)</i> . . . . .		20. 655	223—233. 6151 . . . . .	2*. 49*	26*—28*	
			Carovigno. Ceglie di Brindisi. Cisternino	2*	29*—33*	
X. <i>Tarentum (Taranto)</i> . . . . .	Claudia?	21. 655. 693	234—257. 6152—6174. 6397—6402	2*. 49*	34*—60*. 764*	
XI. <i>Calabriae incertae</i> . . . . .		24	258. . . . .	3*	61*—66*	

	Tribu					
LXII. Iuvanum (S. Maria di Palazzo prope Falascoso)	Arnensi	p. 274. 676	n. 2949—2979. 6314			
LXIII. Pagus Urbanus? (la Roma inter Casoli et Guardiagrele)		277	2980—2994	p. 14*	n. 288*	
LXIV. Anxanum (Lanciano)	Arnensi	278	2995—3040	14*	289*—313*	
LXV. Ortona (Ortona)		281. 677	3014. 6315	15*	314*—320*	

PARS TERTIA. MARRVCINI.

LXVI. Teate Marrucinatorum (Chieti)	Arnensi	282. 677	3012—3042. 6316—6318	16*	321*—326*	
-------------------------------------	---------	----------	----------------------	-----	-----------	--

PARS QVARTA. PAELIGNI.

LXVII. Interpromium (prope S. Valentino)		286	3043—3073	} 16*. 49*	} 327*—340*. 766*	
LXVIII. Sulmo (Solmona)	Sergia	290. 678. 697	3074—3136. 6319—6321. 6408a			
LXIX. Lavernae (Prezza)		296	3137—3143			
LXX. Corfinium (Pentima)	Sergia	296. 678. 697	3144—3301. 6322—6346. 6408b—6412a			
LXXI. Superaequum (Castelvecchio Sub-rego)	Sergia	311. 680	3302—3335			

PARS QVINTA. VESTINI.

LXXII. Aternum vicus (Pescara)		315	3336—3344	17*. 49*	341*—347*	
LXXIII. Angulus (Spoltore)		316	3342—3346			
LXXIV. Pinna Vestina (Civita di Penne)	Quirina	317	3347—3374	17*	348*	
LXXV. Capestrano. Anfinum (Ofena)		320. 680	3375—3413			
LXXVI. Peluinum Vestinum (prope Prata)	Quirina	324	3414—3512	18*	349*—352*	
LXXVII. Furfo (prope Barisciano)		333. 680. 697	3513—3568			
LXXVIII. Pagus Fificulanus? (Paganica)		338. 697	3569—3601			
LXXIX. Aveia Vestina (prope Fossa)	Quirina	341. 680	3602—3648	18*	353*	

PARS SEXTA. MARSII.

LXXX. Cerfennia (Coll' Armeno)		348. 681	3649—3653. 6317			
LXXXI. Marsi Marruvium (S. Benedetto)	Sergia	349. 681. 697	3654—3807. 6348. 6413	18*	354*—358*	
LXXXII. Ortona. Manaforno. Casali di Lecce		360. 682	3808—3832			
LXXXIII. Marsi Antinum (Antino)	Sergia	362	3833—3846			
LXXXIV. Supinum vicus (Trasacco)		364. 682	3847—3884	18*	359*	
LXXXV. Lucus? (Luco)		367. 682	3885—3905	18*	360*—364*	

PARS SEPTIMA. AEQVI.

LXXXVI. Alba Fucens (Alba)	Fabia	370. 682	3906—4050. 6349. 6350	19*	365*—375*	
LXXXVII. Carsioli (Piano del Cavaliere inter Arsoli et Carsoli)	Aniensi	382. 682. 698	4051—4102	19*	376*—378*	
LXXXVIII. Aequiculi (Nesce nel Cicolano)	Claudia	388. 683	4103—4165	19*	379*—386*	
LXXXIX. Cliternia (Capradosso)	Claudia	394. 683	4166—4176. 6351			

PARS OCTAVA. SABINI.

XC. Amiternum (S. Vittorino prope Aquila)	Quirina	397. 683. 698	4177—4320. 6352	20*. 49*	387*—409*. 767*	
XCI. Ager Amiterninus						
1. Aquila. Pettino. Coppito.		412	4321—4333			
2. Roio. Colle di Roio. Lucoli. Collefracido		413	4334—4348			
3. Tornimparte		414	4349—4357			
4. Rocca S. Stefano. Poggio S. Maria		415	4358—4370			
5. Sassa. Collettara		416. 698	4371—4394			
6. Foruli (Civita Tomassa)		417. 683	4395—4435			
7. Vigliano. Scoppito		420. 684	4436—4451			
8. Preturo		421. 684	4452—4497			
9. Cese		424	4498—4501			
10. Pizzoli		424	4502—4511			
11. La Barette. Torre Cagnano		425. 684	4512—4532/3			
XCII. Nursia (Norcia)	Quirina	427. 684	4534—4621. 6353	20*	410*. 411*	
XCIII. Cascia. S. Anatolia		433	4622—4635			
XCIV. Vallis Velini superior		434. 684	4636—4643			
XCIV. Interoorium (Antrudoco)		435. 684	4644—4662	21*. 49*	412*	
XCVI. Aquae Cutiliae (prope Civita Ducale)		437	4663—4671	21*	413*	
XCVII. Reate (Rieti)	Quirina	438. 684	4672—4750. 6354	21*. 49*	414*—430*	
XCVIII. Valle Camera		450	4751—4755			
XCIX. Collescipoli. Stroncone		451. 685	4756—4768. 6355. 6356	22*	431*—434*	
C. Forum Novum (Vescovio prope Torri)	Crustumina	453. 686	4769—4851a. 6357. 6358	23*. 49*	435*—499*	
CI. Inter Forum novum et Cures		461. 686. 698	4852—4872. 6359. 6360			
CII. Trebula Mutuesca (Monteleone)	Sergia? Fabia?	463. 686. 698	4873—4954. 6361—6364			
CIII. Cures Sabini (agli Arci prope Correse)	Quirina?	471. 687. 698	4952—5012			

III. VALERIA: ROMA ATERNVM.

<p><i>Antoninianum p. 308 seq.:</i></p> <p>ab urbe   XX</p> <p>Tiburi   XXII</p> <p>Carsiolis (tarsiolos <i>Esc.</i>)   XXV</p> <p>Alba Tucentia   XXIII</p> <p>Cerfennia (cerfennia <i>Esc.</i>)   XVI (al. XVII)</p> <p>Corfinio   XI</p> <p>Interpromium (Interbromio) vicus   XVII</p> <p>Teate Marrucino   XVIII</p> <p>Hadriae</p>	<p><i>Peutingeranum:</i></p> <p>ROMA   XVI ad Aquas Albulas</p> <p>TIBORI   VIII Variac   V Lannas   X CARSVLIS<sup>1)</sup></p> <p>Alba   XIII MARRVBIO   VII Cifenna   V mons Imeus</p> <p>Statule   VII CORFINIO   VII Interpromium   V Teano Marrucinoceios<sup>2)</sup>   XII ostia Eterni</p>	<p><i>Ravennas 4, 34. 35: Miliarium Claudii imp.:</i></p> <p>Aquas Albulas   Tibur   Bariae   Laninas</p> <p>Gaba   Marubio   Cerfenna   Musumeos</p> <p>Corfinium   Interbromum   Teano Marucion Ceios</p> <p>ostia Aterni</p>	<p><i>Claudia Valeria:</i></p> <p>Cerfennia   XLIII</p>
--	---	---	---

Item ad Valeriam potissimum pertinet quod ait Ovidius trist. 4, 10, 3: *Sulmo mihi patria est gelidis uberrimus undis, milia qui novies distat ab urbe decem.* Cum Sulmo a Corfinio absit m. p. VII (v. p. 203 II), Roma Corfinium Ovidius numeravit m. p. LXXXIII.

1) Tabula errore ut videtur Carsiolos non cum Alba coniungit, sed ita pergit: *Carsulis — VI — in monte Gram (vel Grani) — V — in monte Carbonario — V — Vignas — VII — Sublacio — ... — Marrubio.* In Ravennati est 4, 34 *Rane* et post alia *Marubio — Carbonario.*

2) *ceios* in tabula esse ait Desjardinius p. 470, cum ipsa eius tabula habeat *ceio*.

IV. A VALERIA AD SALARIAM: ALBA INTEROCRIVM.

<p><i>Peutingeranum:</i></p> <p>Alba   XVIII Frustenias   II Aveia   VII PRIFERNO   XII Pitinum   VII Erulos   III Fisternas   X INTEROCRIO</p>	<p><i>Ravennas 4, 34:</i></p> <p>Gaba   Abeia   Prefernum   Pitinion</p>
---	--

V. SALARIA: ROMA ASCVLVM.

<p><i>Antoninianum p. 306 seq.:</i></p> <p>ab urbe   XVIII</p> <p>Ereto   XVIII</p> <p>Vico novo   XVI</p> <p>Reate   VIII (al. XVIII)</p> <p>Cutillas   VI (XVI <i>Esc.</i>)</p> <p>Interocrio   XVI</p> <p>Falacrino (filacrino <i>Esc.</i>)   VIII</p> <p>vico Badies   X</p> <p>ad centesimum   XII</p> <p>Asclo</p>	<p><i>Peutingeranum:</i></p> <p>Fidenis   XVIII Ereto   XVIII ad Novas   XVI Reate   VIII AQVE CVTILLIE   VII INTEROCRIO   XII Foroecri   III Palacrinis   XVI ad Martis   VII Surpicano   IX ad Aquas   X ASCLO PICENO</p>	<p><i>Ravennas 4, 34:</i></p> <p>Fidenis   Eretum   Farfa   Nobis</p>
--	---	---

Omissi viam ab Aesernia per mansionem *ad Rotas* ducentem *ad flexum*, quae est mansio viae Latinae, quoniam eam in Campania posui (vol. X p. 60). — Item omisi perturbatas reliquias quae sunt in Peutingerana

VI. LARINO ATERNVM.

Via haec iuxta litus maris Hadriatici continuat Apulam quam recensimus p. 25; adest in itinerariis, sed miliaris haec quoque pariter atque Apula videtur caruisse.

<p><i>Peutingeranum:</i></p> <p>Larinum   XXIII ISTONIVM   XII Pallanum   III Annum   III Anxano   XI Ortona   fl. Clocoris   XVI OSTIA ETERNI</p>	<p><i>Ravennas 4, 34. 3, 1:</i></p> <p>Larinum   Istonium   Palanum   Annum   Anxianum (Anximum)   Ortona   Aderno</p>	<p><i>Antoninianum p. 343. 344:</i></p> <p>Arenio   XVIII Uscosio   XV Histonios   XXV Anxano   XIII Ortona   XI Angelum   X ostia Aterni (etenni <i>Esc.</i>)</p>
--	--	--

Inter *Annum* et *Anxanum* Ravennas altero loco interponit *Teadem*, altero loco *Teadem*, *Teaum*.

viae a Boviano in Apuliam pergentis has: *Bobiano — XI — ad canales — VIII — ad Pyrum — VIII — Geronum — VIII — Tene Apulo.*

## LXXXV. LVCVS? (Luco).

Deam Angitiam inde dictam, quod carmina eius serpentes angerent, quam alii Medeae sororem esse perhibebant, alii ipsam Medeam in Italiam Iasonis quaerendi causa profectam, ad Fucinum lacum a Marsis utpote serpentium incantatoribus praecipue cultam esse et nemus sacrum ad Fucinum lacum habuisse Vergilius (Aen. 7, 750) ait quique ex Vergiliana doctrina pendent, Servius ad l. c. et Silius Italicus 8, 500 et Solinus 2, 29. Sacrum id probabile est id ipsum fuisse, ad quod eruderatus est titulus Angitiae n. 3885, neque improbabile Lucenses, quos unus Plinius 3, 12, 106 inter oppida Marsorum enumerat, ab eo luco nomen traxisse, cum praesertim adhuc is locus eodem nomine *Luco* appelletur. At Lucenses num suam rem publicam habuerint, dubium est,

videturque magis Plinius vicum in re sacra satis notum parum caute in ordinem populorum recepisse. Certe quod secundum titulos infra relatos *quinquennales* (n. 3885), *IIIviri iure dicundo* (n. 3894), *pontifex* (n. 3893) Luci opera publica fecerunt, potuerunt in officio publico sacrove fungi in ea re publica, cuius territorio nemus illud comprehendebatur. Quenam autem ea fuerit, tituli non determinant; potest Lucus in pertica Marsorum fuisse, sed etiam de Antino cogitare licet, cum Albam excludat tribus Sergia (n. 3894). — Adiunxi Lucensibus titulis paucos repertos ad emissarium vel in ipso emissario lacus Fucini Claudio; in his duos militum classis Ravennatis n. 3891. 3892, ubi vide quae adnotavimus.

3885 [= 5592] tabula longa palm. 4, lata palm.  $8\frac{1}{5}$ , rep. m. Iun. a. 1808 in rudibus q. d. *Corno di Penna* in praediis S. Mariae gratiarum ad plagam septentrionalem quae orientem respicit a Luco circa 300 pass. MATTEI; prope moenia antiqua ambitu cann. 879 et palm. 6, distantia D p. ab emissario Claudii GVATT. Deinde Luci in ecclesia parochiali. Nuperrime iubente ecclesiae oeconomo Iohanne de Cristoforo lapis in pavimento collocatus est litteris, ne oculos offenderent, diligenter erasis. Huius oeconomi nomen nos tradimus gratiae posteritati.

SEX · TACCIVS · KA · f  
 ET · SEX · PACCIVS · KA · es · f  
 QVINQ · MVRVM · VET · u · s · t  
 sic CONSVMTVM · A · SOLO · RESTIT  
 5 EX · P · P · ANGITIAE

Recognovit Brunn. De Costanzo *odeporico* f. 230'; Aur. Mattei Avezzanensis misit Gubernio Neapolitano d. 15 Iul. 1808 (*Registro dello Stato IX* p. 569—571); Guattani *mem. encicl.* t. VII p. 4 et *mon. Sab.* III p. 59 a Fr. Ferrante; Nibby *viaggio ne' contorni di Roma* (1819) t. I p. 211; Lupoli *inscr. Corf.* p. 367 ab Antonio Musca; Martelli *ant. de' Sicoli* n. 67 p. 180; descripserunt Melchiori, Brocchi, Kramer, qui dedit Kellermanno ipseque edidit in libro *der Fuciner See* p. 58, Garrucci; di Pietro *antich. Marsic.* p. 24. Orelli—Henzen 115 = 5826.

Non attendi in titulo Brunnio et Garruccio viso nisi ad potiora. — 1 fin. N Cost. Brunn Garr., N Kramer, L Melch., om. reliqui. — 2 fin. KA Brunn, IA Garr. Cost. Brocchi, IA Guatt. Melch. Kramer, M Nibby, P Lup. — 4 CONSVMTVM Brunn ('sic') Lup. Kram., CONSVNTVM Nibby, CONSVMPVM Melch., CONSVPTVM reliqui. — RESTA... Cost. — 5 ANGITIAE Lup. — Martellius sic interpolavit: SEX · PACCIVS · PATER | ET · SEX · PACCIVS · FILIVS | QVINQ · VENNALS · MVRVM | VETVSTATE · CONSVPTVM | A · SOLO · RESTITVERVNT | EX · PEC · PVBL · ANGITIAE.

Mihi videtur esse titulus non in oppido Angitiae quod nullum fuit, sed deae Angitiae consecratus muro restituto quo fortasse nemus eius cingebatur. Vide capitis praefationem.

3886 [= 839\*] ad emissarium lacus Fucini ACC., ad emissarium in vestibulo opere arcuato fabricato quod dicitur *la Grotta di Santo Padre* magnus lapis aram sustinens summo deo Patri sacratam PHOEB.

NOBILIS · PROC  
 AVG  
 HIC · HVMATVS · EST

Accursius Cel. n. 7 (inde Mur. 764, 4 ex schedis Ambros.); Phoebonius hist. p. 91 (inde Corsignani viri ill. p. 297, *R. M.* 1, 117).

1 PROC] PROGENIES Phoeb., addens fabellam Agrippinam, cum gravida venisset spectatum munus a Claudio datum in emittendo lacu Fucino, territam clade quam enarrat Tacitus ann. 12, 54 immaturum fetum edidisse eumque cum ultra nonum diem vitam traxisset, obiisse nomine imposito et a patre in atrio emissarii sepultum esse; 'nomen impia manus excidit'. Propter has nugas Fabrettius col. Trai. p. 404 titulum confictum iudicavit eumque ego secutus sum in ed. priore; iam vero cum constet Accursium eundem lapidem vidisse, efficitur Phoebonium titulum non excogitavisse, sed interpolasse. — 3 HVMATVS] TVMVLATVS Phoeb.

Fortasse Vernia Pocilla, cui Nobilis coniux monumentum fecit n. 4038, huius ipsius uxor fuit.

3887 pessimis litteris. — Rep. mense Iulio a. 1854 ad lacum Fucinum operibus emittendae aquae causa ibi institutis. *Cette plaque de marbre de 0.189 m. de hauteur, sur 0.295 m. de largeur, portant à chaque angle un trou dans lequel passait le fer de son scellement au mur, devait avoir été fixée au dessus de l'entrée d'une sorte de petit temple ou chapelle, dont on a reconnu l'emplacement au milieu des substructions qui s'élevaient au dessus de la tête de l'émissaire romain et qui faisaient partie des bâtiments dans lesquels habitaient les personnes attachées à l'entretien de l'émissaire et de ses dépendances* LEO DE ROTROU (v. p. 349). Nunc Neapoli in museo.

ONESIMVS · AVG · LIB  
 PROC  
 FECIT · IMAGINIBVS · ET  
 LARIBVS · CVLTORIBVS  
 5 FVCINI ·

Recognovi. Lanci *Bull. dell' Inst.* 1854 p. XII indeque Henzen syll. n. 5826 a; Fiorelli cat. n. 443.

Duplex dativus eadem ratione videtur interpretandus esse, qua in *inscr. Helv.* p. 125 explicui praescriptionem *numini Augusti* vel *numinibus Augustorum* in titulis cum honorariis tum sacris, ut Iovis et

Apollinis, non admodum raram et ita fere usurpatam ut usurpatur toties formula *in honorem domus divinae*. Nempe quo tempore gliscebant adulatio et prona omnia ferebantur ad turpissimum cottidianumque obsequium, homines solebant quidquid effecturi erant praemittere ipsi qua opus erat dedicationi alteram tanquam maiorem et excelsiorem, qua commendabatur monumentum imperatoris numini domusque eius genio. Quam ob rem ita inscriptionem interpreto, ut Augusti libertus ille qui sacellum fecit primum id dedicaverit *imaginibus et Laribus*, scilicet dominorum suorum Augustorum, deinde collegio funeratio sive *cultoribus*, qui Fucinum sibi elegerant deum tutelarem.

**3888—3890**: [=5620] tabellae hae marmoreae repertae sunt insertae parietibus emissarii Claudiani lacus Fucini. Eas in intervallis pedum centenorum affixas fuisse ait BONGHIVS. N. 3889 a n. 3890 distare palm. 223, n. 3888 a 3889 tanto spatio, ut quaedam inter eas desse viderentur ait, FAZIO.

3888	3889	3890		
PED DCC	PED DCC	PED DCCC		
3890 a	b	c	d	e
PED	PED	PED	PED	PED
OOB	OODCCC	OODCCCC	OODCCCC	OODCCCC
f	g	h	i	
PED	PED	PED	PED	
VICCC	VIBC	VIBCC	VIIIC	

N. 3888—3890 a Fazio epistula scripta Neapoli 5 Apr. 1830 acceptas edidit Fea *Bullett. dell' Inst.* 1830 p. 87; n. 3890 a—i Bonghius misit Instituto archaeologico. Leo de Rotrou in commentario *prosciugamento del lago Fucino eseguito dal principe D. Alessandro Torlonia. Confronto tra l'emissario di Claudio e l'emissario Torlonia* (Florentiae 1871. 8.), ubi partes complures constructionum Claudianarum accurate incisas repraesentavit, numerorum illorum meminuit p. 27, ipsos non refert. Fazii certe numeros apparet corruptos esse.

**3891** [=5594] Luci ad ripam Fucini PHOEB. (ed.). In lapide quem detexit aqua vicini lacus, vulgo a *Luco* PHOEB. (ms.); quibus Gudius errore praescripsit 'ibidem' ita titulum Superaequo tribuens).

C · IVLIO · CE  
LERI · MIL · CIA  
PRAE · RAVEN  
7 · SELENI · SEVERI  
5 MIL · A · XXIX  
VIX · AN · L  
HER · POSVIT  
L · VALERIVS · VE  
R E C V N D V S  
10 B · M · DE · SE

Phoebonius apud Gud. ms. 248, 2 (ubi diserte ait venire titulum a Phoebonio), ed. 171, 4 (ubi male Gudius dicitur vidisse) et in hist. p. 133.

2 CL ed. — 4 SEVIRI Phoeb. — 6 om. ed.

Claudius cum ad depressionem lacus Fucini celebrandam a. p. C. 52 in eo ipso naumachiam edidit pugnantibus scilicet gladiatoribus, triremes quadriremesque armatas et classarios milites ibi habuit (Tacitus ann. 12, 56). Classarii autem Ravennates haud scio an in lacu perpetuam stationem habuerint; nam ad ipsum spectaculum illud hi tituli nequaquam pertinent.

**3892** rep. a. 1858 dum emissarium Fucini effoditur *gettato per entro un pozzo* HENZEN. *La pierre a été trouvée dans une des galeries ou cuniculi du versant occidental du Mont Salviano; elle avait été roulée en cet endroit pour aider à boucher cette galerie* LEO DE ROTROU (vide supra p. 349). Hodie Neapoli in museo.

VÉRÓ MISAI · F  
MILES · EX · CLAS  
RAVEN  
STIP · XII · VIX  
5 A · XXX · H · S · E

Recognovi. Henzen *Bull. dell' Inst.* 1858 p. 92 ad ectypum a Lancio subministratum; Fiorelli cat. n. 444.

**3893** [=5604] Luci rep. a. 1814 ad viam et pontem antiquum; extat in ecclesia parochiali.

//G OCTA //  
//////N ///  
//////I  
PONTIANVS  
5 PONT · PEC  
PVB · FAC  
CVR

Recognovi post Brunnium. Guattani *mem. encicl.* VII p. 3, *mon. Sab.* III p. 61; descripserunt Brocchi et Garrucci.

**3894** in S. Mariae de Luco in ecclesia intus in altari.

(TIDIVS · L · F · SER  
IVS · IIII VIR I D)

Descripsi.

**3896** prope Lucum *nel Castagneto*.

CAESIDIA · P · L · FLO ·  
SILVRI

Fernique n. 46.

**3897** rep. ibi ubi Lucus Angitiae fuit, ad-servata a procuratoribus principis Torloniae.

protome fracta  
Q · CALVI) Descripsi.

**3895** [=5607] ad ripam Fucini in sacello quodam apud aedem S. Mariae ad Lucum IVC.; in lacu Fucino in sacello divi Herasmi FILON. similiterque COD. OLIVAE. *Fu trovata fra le rovine della Penna ed il Sig. Gran Contestabile Filippo la fece ponere vicino la porta del hortino della Madonna di Luco* PHOEB. apud Gud. Rein. Ibidem adhuc.

T · PETICIVS · L · F · CHIRVRGVS  
LABORE · ET · CVRA · VIVOS · PERFECI · HANC · DOMVM  
SED · FILIO · ANTE · HVIC · HOMINI · IVCVNDISSIMO  
PARAVI · TRIBVS · VBE · OSSA · NOSTRA · ADQVIESCERENT  
5 MORS · ME · ADSEQVETVR · TVNC · MIHI · DEMETVR · DOLOR  
VALETE · ET · MEMORES · ESTIS · PIETATEM · PATRIS

Recognovi. Iucundus f. 207 (inde per Gorium Mur. 969, 9); Filonardianus liber f. 58' inter urbanas eodemque exemplo codex Olivae f. 80; Phoebonius apud Reines. 12, 127 e schedis Langermanni et apud Gudium ms. 883, 1, ed. 241, 12 et in hist. p. 133; Hoare 1, 370; Brocchius et Garrucci descripserunt; Gori *nuova guida* 5, 134. Burmann anth. 4, 235 (qui errore opinor ait Heinsium habuisse descriptam a Ligorio); Meyer 1342; Buecheler spec. I n. 41.

2 VIVS Garr. contra lapidem. — DOMVM · HANC Fil. (non Oliv.). — 3 ANTE] *atque* coniecit Lachmannus, ut praeter ipsum et filium Peticius sepulcrum destinaret servo cuidam sibi caro. 'Patri et ut opinor matri destinatum sepulcrum, cum filius ante mortuus esset, iam paratum tribus erat'. Buecheler. — 4 Lachmannus aut *ossa ube* scribi voluit aut *quiescerent* pro *adquiescerent*. 'Adquiescerent in quattuor contrahi syllabas ostendi in Iahni annalibus 1858 p. 69 comparatis quae in aliis carminibus binarum sunt syllabarum *quieti* et *quiesco* et quae in titulis post Antoninos factis frequentantur *Quetus Quita requiescere inquitare* sim.' Buecheler. — 5 MORS · ME · ANTE · ADSEQVETVR · ET · TVNC · DEMETVR · MIHI · DOLOR Iuc.; MORS · ME · ADSEQVETVR · DEMETVR · DOLOR (om. TVNC · MIHI) Fil. Oliv. — 6 ESTOTE · PIETATIS PATERNAE Fil. Oliv. De indicativo pro imperativo dixit Buecheler l. c., pro *estis* Lachmannus posuit *scitis* vel *nostis*; 'genetivi iterationem scriptor vitans incidit in soloecismum, *mementote* conveniret accusativo. Simile quiddam subest priscis illis *quid tibi hanc rem curatio est*' Buecheler.

**3898** [=5606] operculum sarcophagi rep. Chiaffini MM p. a Luco orientem versus cum aliis multis titulis GVATT.; extat in ecclesia parochiali ROSSI BROCCHI. Hodie ibi in pavimento litteris ita deletis, ut legi nequeat.

acus soleae speculum  
LOLLIDEAE · AECAB  
C · SALLVSSTIVS · TYRAN sic  
NVS · CONIVGI · BENE  
MERENTI · P · V

Recognovi Brunn. Aur. Mattei misit gubernio Neapolitano 15 Jul. 1808 cum n. 3885; Guattani *mem. enciclop.* VII p. 3, *mon. Sab.* III p. 61; Rossi apud Cardinalium n. 375; descripserunt Brocchi et Garrucci.

3 BENAE Brocchi.

3899 Luci in vinea Placidi.

P · PLAVTVS · P · L    sic  
E C R E T V M A R V S

Descripti. Fernique n. 48.

3900 [=5609] Luci in pavimento ecclesiae S. Mariae de Luco.

V R M V S  
M A · L L P R I M A  
C / / / / /

Recognovi post Brunnium. Antinorius descripsit; Kramer dedit Kellermanno.

3901 rep. ibi ubi Lucus Angitiaie fuit, adservata a procuratoribus principis Torloniae.

P · STAIEDI

Descripti.

3902 Luci in vinea Placidi.

T · TITVC / O I  
S O T A

Descriptissimus fractam ego et Fernique n. 50; quae adscripsimus, adfuisse dixit dominus.

I D pro effractis dedit dominus.

3903 litteris antiquis. Luci rep., est in vinea Placidi.

VEISIA L L  
HILARA

Descripti. Fernique n. 54.

3904/5 ad S. Mariae de Luco.

S  
V E R N E  
A O R A  
I C V M  
A N N I I I I 5  
A I I

Descripti  
Brunn.



PARS SEPTIMA.

A E Q V I.

LXXXVI. ALBA FUCENS (*Alba*). Tribu *Fabia*.

*Alba Fucens* (*Fuente* ablativo casu Charisius loco mox citando; Ἄλφα βουκελῆς sive βουκηλῆς Ptolemaei libri 3, 4, 57, ubi ΑΙ videtur ortum ex Ν) sive *Fucentia*<sup>1)</sup> (*Tucentia* itinerarium Ant. supra p. 204), plerumque *Alba* nude Ἄλβαι Diodor. p. 515), ethnicum facit non Albanos, ut altera *Alba* Latii, sed Albenses<sup>2)</sup>, de quo discrimine apud idoneos auctores accurate observato (discedit a lege Orosius 5, 22) passim monent grammatici, scilicet Varro l. L. 8, 35: *cum duae sint Albae, ab una dicuntur Albani, ab altera Albenses*; Charisius l. 1 p. 406 Keil: *Albani dicuntur ab Albano, Albenses autem ab Alba Fucente, cuius rei causam Varro ait esse, quod analogia in naturalibus nominibus tantum servatur, in voluntariis vero negligitur*; Caesar qui dicitur apud Pompeium vol. 5 p. 145 Keil: *duae sunt Albae, alia ista quam novimus in Aricia et alia hic. volentes Romani discretionem facere istos Albanos dixerunt, illos Albenses*<sup>3)</sup>; Appianus Hann. 39. — Ager Albensium secundum annales Romanos olim Aequorum fuit, nam in Aequos coloniam deductam esse scribunt Livius 10, 1 et Appianus Hann. 39, et propter eam deductionem redintegratum est eo anno Aequicum bellum (Liv. l. c.), et finitimam Marsis *Albam* dicit Strabo Latio eam adiudicans (5, 3, 7 p. 235: ἐξ Ἄλβας τῆς πρὸς Μαρσούς Λατίνης πόλεως, § 11 p. 238: Λατῖναι πόλεις Οὐαρία τε καὶ Καρσέοιοι καὶ Ἄλβα, § 13 p. 240: μάλιστα δ' ἐν μεσογαίᾳ τῶν Λατίνων πόλεων ἐστὶν ἡ Ἄλβα ὁμοροῦσα Μαρσούς), ubi aperte non cogitavit de Latinitate olim Albanis data, sed de regione, in eo recedens a Plinio, quod Aequos cum Latio contribuit (5, 3, 2. 4 p. 228. 231); denique Livius (26, 11, 6: *Albensi agro in Marsos*) et Plinius 3, 12, 106 Marsos et Albenses iuxta ponens. Contra Festus ep. p. 4 Albenses ait *Marsi generis* esse similiterque Silius 8, 509 et Ptolemaeus 3, 4, 57 *Albam* cum Marsis contribuant, eaque opinio quamquam minus proba postea obtinuit. — Confecto bello Samnitico primo devictisque Marsis a. u. c. 450 colonia eo deducta est iuris Latini testibus Livio 10, 1, Velleio 4, 14, Appiano Hann. 39. Sex milia colonorum scripta esse Livius auctor est, nomen inditum ab *Alba* Latina Romae urbis tamquam metropoli Appianus, id quod Varronem quoque sensit ex supra relatis intellegitur. Antiquum oppidi nomen ignoratur. Colonia quanto in honore fuerit, praeter numerum colonorum nummi potissimum docent ex argento cusi, quod ius praeterea in his partibus soli Signini acceperunt (*röm. Münzwesen* p. 207). Via quoque *Valeria*, qua Tibure ibatur Carsiolos et *Albam* (Strabo 5, 3, 9 p. 237. § 41 p. 238), sine dubio simul instituta est<sup>4)</sup> utilitate militari id ipsum

exigente, et aliquamdiu probabile est terminum ad *Albam* habuisse. — Albensibus et firmis et fidelibus sociis Romanos usos esse multa experimenta docuerunt maxime tempore belli Hannibalicis; ut cum a. 543 Hannibal ante portas urbis esset, duo milia voluntariorum Albensium sua sponte accurrisset Appianus narrat (Hann. 39). Nihilominus post biennium *Alba* inter eas colonias fuit, quae negabant milites pecuniamque amplius se daturas (Liv. 27, 9), et propterea poenam subiit (Liv. 29, 15). Propter locum natura arteque optime munitum et a mari remotum ibi potissimum publice custodiebantur captivi externi nobilissimi quique (Strabo 5, 3, 13 p. 240), ut Syphax rex Numidiae (Liv. 30, 17. 45), Perseus rex Macedoniae cum suis (Polyb. 37, 16; Liv. 45, 42; Vell. 4, 14; Val. Max. 5, 1, 1; Oros. 4, 20; Diodorus p. 515, ubi quae de carcere narrantur, vix recte ad *Albam* trahuntur), Bituitus rex Arvernorum (Liv. ep. 64; Val. Max. 9, 6, 3). Bello Marsico statim Italici *Albam* oppugnarunt (Livius ep. 72), cumque postea certatum sit inter Albenses et Pinnenses, utri fideliorum per ea tempora operam Romanis dedissent, sicut supra (p. 317; cf. praeterea Cicero Phil. 3, 3, 6) exposuimus, fortiter Albenses hostibus restiterint necesse est, quo successu sese defenderint, ignoramus. Nec magis notum est, quibus praemiis propterea affecti sint; sine dubio autem cum reliquis coloniis Latinis ad municipii formam tum pervenerunt (Cicero Philipp. 3, 15, 39: *in municipio fidelissimo et fortissimo*). Bellis civilibus *Alba* propter egregiam oppidi munitionem et urbis viciniam saepius temptata est vel occupata; Lepidi filius ibidem obsessus est (Oros. 5, 22); denique in turbis Caesarianis bellisque post Caesaris mortem aliquoties milites ibi constiterunt (Caesar b. c. 1, 15. 24; Appianus b. c. 3, 45. 47. 5, 30; Cicero Philipp. 3, 3, 6. c. 15, 39. 13, 9, 19. 14, 12, 31; ad Att. 8, 12 A 1. 9, 6, 1).

Magistratus *Albae* summi fuerunt *quattuorviri* modo *quinquennales* (n. 3927. 3956. 3957), modo *iure dicundo* (n. 3922. 3923. 3933. 3939. 3942. 3946. 3949. 3950. 3956). Secundo loco sunt *quattuorviri aediles* (n. 3922. 3941. 3942. 3945 cf. n. 3940) vel *aedilicia potestate* (n. 3946?); *quattuorviri* nude raro reperiuntur (n. 3951 cf. n. 3943). Accedunt *quaestores* cum *rei publicae* (n. 3923. 3946. 3949. 3950) tum *pecuniae alimentariae* (n. 3950), qui item appellantur *curatores pecuniae eius* (n. 3923); *curator annonae plebis* (n. 3923) vel *annonae* (n. 3922. 3923. 3949); *curator aquae ductus* (n. 3922); *curator apud Iovem statorem* (n. 3923. 3949. 3950), cuius fani praeterea memoria nulla superest; *curator operum publicorum* (n. 3923). Ordo *senatus* nomine utitur n. 3946. 3947. *Collegium fabrum tignuariorum* cum quinquennali suo reperitur n. 3923. 3931. *Seviri Augustales* passim nominantur (n. 3932. 3935. 3936. 3937. 3938. 3942. 3948. 3952. 3959, hic *decreto decurionum gratis factus*), *seviri* nude raro (n. 3944). Inveniuntur item *dendrophori Albenses* n. 3938, *cultores cum Larum Augustorum* n. 3960 tum *Herculis sala*... nescio cuius (n. 3961). — Tribus Albensium *Fabia* fuit testibus titulis domesticis compluribus, quamquam in urbano vol. VI n. 2517 nominatur praetorianus quidam *tribulis tribus Oufentinae Albensis*.

Aetate imperatoria de *Alba* auctores silent, nisi quod in corpore grammatico p. 244 haec referuntur inventa *in mappa Albensium*: *huc depalatio et determinatio facta a. d. VI id. Oct. per Caecilium Saturninum centurionem cohortis septies et vicies mensoribus intervenientibus*

1) *Fucentius*, *Fucentia* cognomina reperiuntur n. 3744. 3948.

2) Etiam inter populos Latii, qui sine vestigiis interierint; Plinius 3, 5, 69 ponit Albenses nescio quos.

3) Haec ut Caesare indigna sunt, ita incorrupta; nec debuit Nipperdeus pro *Aricia* scribere *Marsia*, quasi id Latinum esset. Immo grammatici aetatis posterioris tam hic quam Charisius Albanos rettulerunt non ad *Albam* longam, sed ad *Albanum*, quod prope *Ariciam* fuit et labente aetate quodammodo in locum eius successit, sicut nunc eum obtinet (cf. itin. Hierosol. p. 642: *civitas Aricia et Alb[ana]*).

4) Originis eius certa memoria non extat; nam quod censores a. 448 C. Iunius et M. Valerius vias *per agros publica impensa* fecerunt (Liv. 9, 43), tempus sane convenit, sed verba magis apta sunt viis suburbanis quam continuationi viae antiquioris Tiburtinae.

'*priore Orfito et Quinto Stitio Prisco consulibus*'<sup>1)</sup>. Consules significantur ordinarii a. 149 Scipio Orfitus et Q. Sosius Priscus; agrum qui terminavit viginti mentoribus adhibitis, probabile est (ut olim conieci grom. auct. 2 p. 171) esse ipsum L. Marculeium Saturninum veteranum Augusti coh. VII praetoriae, cuius habemus titulum n. 3923; probabile item est ex hac determinatione proficisci cippus inscriptos *Albensium fines*, de quibus statim dicemus. Cum ex titulo appareat officium Saturninum sustinuisse curatoris operum publicorum, fortasse terminos ponendos curavit hoc munere fungens, quamquam si ita est,

1) In libro coloniarum deteriore p. 253 quae de Albensi agro leguntur hinc deprompta sunt libreriorum mendis retentis et auctis, ut exempli gratia *termini Tiburtini qui Cilicii nuncupantur* inde veniunt, quod Caecilius mentor hic factus est mentor Cilicius.

3906 [= 5618] litteris altissime incisis. Massae in aedibus olim Fantuzzi, hodie Blasetti.

homo tunica-  
tus malleum  
et scalprum  
tenens

P · T · SEX · HERENNIIS · SEX · F · SER  
SVPINATES · EX · INGENIO · SVO  
E P O I N T E

homo  
tunicatus  
gromam  
tenens

fores clupeis et clavis ornatae

Recognovi post Brunnium. Est in vol. I n. 1169 et in tabula Ritscheliana LXXF. De Costanzo *odeporico* f. 236 ex schedis Tomassetti; descripserunt Brocchi (inde Henzen *Bull. dell' Inst.* 1845 p. 72) et Garruccius.

3908 [= 5617] Paterni sub Casa nuova in S. Mariae de Paradiso rep. a. 1827 MELCH. Hodie desideratur.

er OS VILICV  
ET CLADVS  
LAR

Melchiori ms.  
I NOS traditur.

3909 [= 5616] Tagliacozzi in aedibus Mastroddi.

M · SEXTVLE<sup>us</sup>  
FAVSTIO  
LARIB · D · D

Recognovi et explevi descriptam a Brunnio.

3912 [= 5484] in villa S. Sebastiani Marsorum rep. a. 1813 ROSSI. Ex ea villa, quae prope Tagliacozzum est, et ex domo quidem Conti venit Avezzanum in museum.

EX · IMPE<sup>rio</sup>  
OPI ET  
DIBVS · ET  
DEABVS  
5 V E T T I A  
/////////  
D D L M

Recognovi. Rossi ipse edidit *arco Trajano di Benevento* III p. CXCIV, ex schedis eius Cardinali *iscr. ant.* n. 302.

6 ego legere non potui; ELLESVPE Card., FIL·ESVPER Rossi (ed.).

non centurio, sed veteranus agrum terminavit. Ex ipsa autem relatione gromatici auctoris colligitur non tam pro mensore eum rem perfecisse, ut faciunt quibus mensuratio committitur centuriones evocative, sed pro magistratu mentoribus XX adhibitis.

*Albensium fines* qui inscripti sunt termini cum prodierint et ad S. Anatoliae n. 3930 et ad S. Stephani prope Scanzanum n. 3929, satis tuto ad Albam referri poterunt quicumque prodierunt inter eos locos et lacum, scilicet in oppidis vicis ab Alba Fucinum versus Castel nuovo, Paterno, Antrosciano, S. Polino, Avezzano, le Cese, le Pagliare, Cappelle; item inter Albam et montes Aequiculanos le Forme, Massa, Rosciolo, S. Anatolia; denique ab Alba Carsiolos versus Magliano, Scurcola (ubi complures prodierunt et vicus videtur fuisse satis frequens), Poggio Filippo, Sorbo, Verrecchia, Tagliacozzo, Scanzano, Tivolare.

3907 [= 5613] litteris antiquis non pulchris. Avezzani in ecclesia S. Nicolai GVALT. BRVNN. Iam ibi in museo.

triglypha, paterae, similia  
HERCVLEI · D · d  
MILITES · AFRICANI  
CAECILIANIS ·  
MAG · CVRAVIT  
5 C · SALTORIVS · C · F

Recognovi. Est in vol. I n. 1172 et in tabula Ritscheliana LXXVIII. Phoebonius hist. p. 13 (inde interpolatam dedit Mur. 61, 2 ex Corsignano); Gualtieri cod. Vat. 9144 f. 99 bis 'III kal. Nov. 1761'; Antinori ms. qui et vidit et habuit a Gualtierio et Giovenazzo; Hoare 1, 369; Gori *nuova guida* 5 p. 91. Brocchi, Valia, Brunn, Garrucci descripserunt. Henzen 6733.

Basis ipsa integra est nec supplementa maiora admittit iis quae adscripsi. — 4 fin. DC tabula male. — Lectio certa est, interpretatio nequaquam. Videntur significari milites Africani iam Albae consistentes, antea vero Caecilianis, sive haec fuerunt castra Caecilia in Lusitania (vol. II p. 82) sive alia eius nominis in ipsa Africa sita.

3910 [= 5614] Albae in sacello S. Leonardi in basi altaris PHOEB. Iam Antrosciani in ecclesia gentis Pace.

scutum inter triglypha  
NICOMACVS · SAF · L · S  
PAAPIA · ATIEDI · L · S  
DOROT · TETTIIEN · T S  
MENTI · BONAE  
5 BASIM · DON · DANT

Recognovi post Brunnium. Est in vol. I n. 1167 et in tabula Ritscheliana LXII. Phoebonius apud Gud. ms. 259, 1, ed. 55, 8 et in hist. p. 170 (inde Corsignani vir. ill. p. 71).

3 TETTIIEN · T S ego (pars prior lineolae transversalis in T paenultima gypso expleta est), TETTIIENI · F · S Brunn. — in fine add. IERS · NOM · ORFEWIK Cors.

3911 [= 5612] supra ianuam domus horticorum illustrissimae ducis cui vulgo nomen *el giardin della porta* subscriptum imagini mulieris scopulo sedentis, truncae autem capite brachiisque, ut quo prorsus habitu fuerit agnoscere non detur ACC., ubi praecedunt descriptae in S. Benedicti, sequitur n. 3886 excepta ad emissarium.

MENTI · BONAE · D · D · SVRV · S · TETTIIENI · C · S  
PHILONIC · MARCIAE · S · NICOMAC · ALBI · M · S

Servavit Accursius Cel. n. 6. Inde Mur. 90, 2 ex schedis Ambros.; vol. I n. 1168 (cf. p. 562).

3913 bipertita; ex ecclesia S. Angeli prope Albam translata in domum Satyri Pace. Dicitur extare adhuc latens sub tectorio.

M · ACRI<sup>pae</sup>  
TRIB · P<sup>test</sup>  
C O S T

Gualtieri cod. Vat. 9144 f. 66 eodemque exemplo Gandelli n. 125.

3 C O S T — traditur.

**3914** [= 5621] litteris optimis. Albae in eccl. S. Petri in pavimento pulpiti GVALT. Iam Avez-  
zani in museo.

~~TR~~ · ~~ONO~~  
 PRINCIPI · Iuentis  
 AVGVRI · COs. des. pa

Recognovimus ego et Dressel. Gualtieri cod. Vat. 9144 f. 96; Gandelli n. 129; Cam. Rossi misit Borghesio a. 1817 (v. opp. 6, 100), unde venit in Amatiana cod. Vat. 9776; Promis p. 87; Garruccius vidit.

1 L/AES Gualt., L·AELIO Rossi non recte.

**3915** [= 5619] Avezani cum dirueretur ecclesia collegiata S. Bartholomaei a. 1615, inventa est basis marmorea cum hac inscriptione, super quam statua videbatur fuisse posita, nam simul locus in muro reperiebatur in quo statua recondita fuerat. Litteris bonis, sed non nihil corruptis ex situ et caemento PHOEB. (apud Gud.). 'Rep. ante annos XX in ara maiore ecclesiae S. Bartholomaei' PHOEB. (ed.) 'Extat Avezani in templo divi Bartholomaei, a me nuper observata dum Columnae principis in eius in Marsis toparchia gerebam vices' CAMARRA. Frustra quaesivit Avezani FABRETTIVS. — Male Teate MVR., nempe quod e Camarra habuit.

IMP · CAESARI · DIVI  
 NERVAE · FIL · NERVAE  
 TRAIANO · OPTIMO  
 AVG · GERMANICO  
 DACICO · PARTHICO  
 5 PONT · MAX · TRIB · POT · XXI · IMP · xii p. C. 117  
 COS · VI · PATRI · PATRIAE  
 SENATVS · POPVLVSQ · ROMANVS  
 OB · RECIPERATOS · ACROS · ET · POSSESSORES reductos  
 10 QVOS · LACVS · FVCINI · VIOLENTIA exturbarat

Exempla quotquot extant pendent ab uno Phoebonio. Is communicavit cum amico Camarra, qui ed. Teate (1651) p. 76 (inde per Bertium Mur. 231, 5) et cum Holstenio, a quo pervenit ad Reinesium 3, 81 (a Graevio, i. e. e Camarrae libro, et Langermanno, id est per Holstenium a Phoebonio) et Gudium ms. 256, 1, ed. 88, 3; denique ipse dedit in hist. Mars. p. 89. Camarra quod ait se vidisse, non addit auctoritatem; vidimus enim titulum Trasaccanum n. 3858, quem ait se exscripsisse, exhiberi ab eo ad exemplum Phoebonianum, quod item in hunc cadit, ut ad summum Camarra viderit quidem lapidem, sed descriptum acceperit ab amico. Orelli 796\*.

V. 1. adscripsi Camarrae Reinesii Gudii Phoebonii hist. — 1 IMPERATORI Gud. — DI PRO DIVI Gud. — 5 PARTICO Gud. — 6 PON hist. — TR. Gud. — XXIII Cam. Rein. hist., XXII IMP·X... Gud. ex correctura infelici. Scribe TRIB·POT·XXI·IMP·XII; iam enim constat admittendam esse in Traiano tr. pot. XXI, quam gessit a die 1 Ian. a. 117 ad diem mortis mense Augusto eiusdem anni. — 8 QVE Cam. Gud. — ROMANVS Cam. Rein. hist. — 9 RECUPERATOS hist. — ET·POSSESS... hist., ET·POSSESS·RE.. Cam., POSSESSORIBVSQ·RESTITVTOS Gud., POPVLISQ·ALBENSIBVS·RESTITVTOS Reines. nescio qua interpolatione. — 10 VIOLENTIA·INVNDIVERAT Reines. Gud.

Condemnavit titulum Fabrettius de col. Trai. p. 295. 404, cui adsenserunt Kramer *der Fuciner See* p. 36 et Orellius n. 796; ego contra sentio. Phoebonius, cuius fides incorrupta est, neque fingere voluit unquam neque ut voluisset, hanc perite conceptam elucubrasset vir simplicissimus et rei epigraphicae plane ignarus. Neque tanti sunt argumenta Fabrettii ut bonum auctorem propter ea fraudis insimulemus; contra regulam sane veram in titulis bonae aetatis non enuntiari monumentorum quae dedicantur vocabula lacus Fucini mentio nequiquam offendit. Denique tribuniciam potestatem Traiani XXIII meo iudicio aequae temere facit qui ex hoc titulo admittit atque qui eius causa titulum falsum proclamat. Si fictus esset, certe falsarius ei componendo par hunc errorem numquam commisisset.

**3916** [= 5772] rep. Scurcolae inter rudera monasterii Victoriae GARR. Est ibi in hortis olim Gaetani Marimpietro, hodie Tuzi. — Inter Amiterninas MELCH.

IMP · CAESAR  
 C · VIBIO · TRAE  
 BONIANO · GAL  
 LO · PIO · FELICI  
 5 AVG · TRIB · POT  
 II · COS · II · P · P p. C. 252  
 S · P · Q · A

Recognovi. Melchiori ms.; Garruccius vidit (cf. *Bull. dell' Inst.* 1861 p. 160).  
7 ad Anxates refert Garruccius.

**3917** [= 5622] litteris grandioribus PHOEB. Scurcolae in stabulo D. Francisci de Bonis temporibus PHOEB. Frustra quaesivi. — Scurcolae in hortis Gaetani Marimpietri DE PIETRO errore. Sine loco una cum Scurcolana n. 3923 ACC.; Ravennae MVR. errore.

ASIATICO · CL · V  
 ? praef. ur<sup>3</sup> · SENATVS · ALBENSIS

Accursius cod. O. 125 in fol. sol. (inde Mur. 1021, 5 ex schedis Ambros.; ex eo Spreti Rav. III, 122 p. 381); Phoebonius duobus exemplis ('in alia epist. correctius et melius') apud Gud. ms. 245, 4 (inde Osann syll. p. 568), ed. 144, 4 et in hist. p. 48 (inde Corsignani viri ill. p. 40, 292, *Regg. Mars.* 1, 155); de Pietro *ant. Marsic.* p. 53.

Hiatus significavi ad Accursium; lapidem non integrum esse adnotavit Phoeb. II. — 1 A·ASIA·TICO Phoeb. I. — C·L·V (ut v postea adiectum videatur) Acc., CL·V Phoeb. I, C·L·V·F Phoeb. II. — 2 sic Acc., sed ut is in fine postea adiectum esse videatur, SENATVS·ALBENSIS Phoeb. — SENATVS·POPVLVSQVE·ALBENSIS quod affert de Pietro, venit ex Corsignaniana ficticia n. 369\*; locum tamen auctor ita indicat, ut verum lapidem eum vidisse probabile sit. Cf. n. 3925.

**3918** Albae rep. in apside aedis S. Petri, nunc in museo Avezzanensi.

L · CORNELIO · L · F · SVL<sup>lae</sup>  
 FELICI · DICTATO<sup>ri</sup>  
 PVBLICE STATVTA

Recognovi primum ad ectypa duo photographica, deinde ad lapidem. Cipriani *marmi Albensi* n. 1 (cf. n. 11 adn.).

Feminini generis usurpatio in status dedicandis ab aetate liberae rei publicae non abhorret. Cf. Amiternina infra n. 4185 et Ferentinus vol. I n. 4164: *L. Poppilio C. f. Flacco poplice statuta* et Campanae vol. X n. 3807. 3808.

**3919** Paterni prope Albam in rudibus ecclesiae S. Mariae de Paradiso GAND. Ibi non extat.

C R I A D  
 RANIO · DEC  
 CNO · V · C  
 TER · QVI · I  
 5 M · PRO · C  
 ciuitati · ATi · NOSTR  
 TIVM · EX  
 AVIT · H  
 I T E P

Gandelli n. 121.

**3920** [= 5627] Massae in casa di un villico per nome Ercole.

leg · I · ADIVR · P · F · . . .  
 . . . IC · CVR · CIVITA · . . .

Descripsit Brocchi.

3921 scripta a tergo epistylī pulcherrimi postea ad alios usus adhibiti. Rep. Albae in sepulchro aetatis Constantinianae; extat in museo Avezzanensi.

CL MAMERTI  
NO ET FL NEVITTA p. C. 362  
CONS · IANVAS  
FECERVNT AG  
5 MODESTVS ET  
AEMILIVS LEO  
P P

Recognovi. Cipriani *marmi Albensi*  
n. 3 (inde Fernique n. 4).

Gentilicia consulum redeunt in titulo urbano christiano Rossii vol. I n. 153. — 4 *Ag(ileius)* vel aliud nomen similiter incipiens. — 7 fortasse *p(rae)p(ositi)*. Cf. vol. V p. 1059.

Comprehendimus hoc capite quidquid supra S. Anatoliae vicum (unde et terminus Albensium n. 3930 prodiit et titulus n. 4017 tribum eorum Fabiam habens) ex valle Salti prodiit usque ad vicum Borgo S. Pietro; nam quae deinde sequuntur, ea magis placuit ad Cliterniam relata capite proximo recensere. Ex valle Turani fluvii quos habemus, eduntur inter Sabinos cum Trebulanis; ad S. Salvatoris abbatiam, quae est in clivo inter utramque vallem, sed magis in Salti quam in Turani, repertum titulum n. 4119 hoc loco retinui invitum, nam octoviratus qui in eo legitur, ad Trebulam ducit.

Aequiculorum tituli pariter atque Carsiolani apud antiquiores auctores fere desiderantur. Corvarensium n. 4122 ACCVRSIVS refert acceptum ab amico; Fiamignanenses duos n. 4130, 4142 et tertium abbatiae S. Salvatoris n. 4119 is a quo venit MANVTII liber Sabinensis, scilicet LIGORIVS; duos n. 4130 et ut videtur n. 4157 NAVDAEVS cum Reatinis Donio dedit; quinque n. 4106, 4117, 4121, 4122, 4157 habet PHOEBONIVS vel in schedis Gudianis vel in historia Marsorum (1678); septem n. 4114, 4115, 4121, 4130, 4154, 4155, 4158 Dominicus GUALTIERI a. 1762 (cf. n. 4121) cum Antinorio et Giovenazzo et Lupacchinio obtulisset, pervenerunt ad Muratorium et Marinium aliosque; unum n. 4109 saeculo hoc ineunte descripsit Camillus ROSSI. Primus autem, qui huius regionis titulos diligentius investigavit Felix MARTELLI est Nesceensis. Is post commentarios aliquot brevissimos, quos non omnes vidi<sup>1)</sup>, edito libro inscripto *le antichità de' Sicoli primi e vetustissimi abitatori del Lazio e della provincia dell' Aquila* (Aquila vol. I 1830 pp. 284; vol. II 1835 pp. 498) in secundo volumine p. 459—482 inscriptiones et huius tractus et viciniarum proposuit collectas. Qui liber mihi tironi etiamtum neque quanto rectius diffidatur quam credatur usu edocto, cum primum in manus incidisset, inter sordes multas (Ianus enim quartum huiusque nominis ultimum et eius generis alia quis non riserit?), thesaurum tenere mihi videbar, quod longe secus esse statim monuit Borghesius magister meus atque fautor operis incepti. Nam ut mittam Ligorianas quas suis infersit et interdum ipsum se vidisse simulat (n. 379\*, 444\*), inter proprias eius aliae sunt male translatae (ut n. 373\* ex Albana Albensem fecit, n. 381\* a lacu Nemorensi ad Aequiculos translulit, denique Veleiatem *Minervae memoris* Orell. n. 4428 finxit reper-

1) Sulla scoperta del sito della città di Cliternia, lettera al Marchese Dragonetti 4 Oct. 1849. 8. pp. 14, quae incipit: *Fin dall' anno 1812 mi diedi il piacere di presentare al dotto archeologo Monsignor Gualtieri ... vescovo dell' Aquila le molte lapide da me rinvenute nelle regioni degli Equicoli. — Ubicazione di Ficana e Ficulea. Aquilae 1828. — Lapide di S. Antonio di Borghetto. Aquilae 1830. — Titulos a Martello communicatos esse apparet cum Guattiano (n. 412\*) et Dodwello (n. 4125).*

tam esse in Hernicis prope Arcinazzum), aliae interpolatae incredibili amentia (ut ex Forulana n. 4360 . . . . CAESARI | . . . RVLIS-LVDOS | . . . P. CORNELIO effecit FORVLVS LVDOS-Saeculares CN. CORNELIO et L. *munusculo achatico cons.*: EX IVRID-PICEN in titulo *Bull. dell' Inst.* 1833 p. 64 = Henzen n. 6489 reperto Marcosimone, quae Martellio Ficulea est, IVRID-FICVL, ut alia complura exempla hoc loco praetermittam), aliae denique ita confictae, ut plerumque ad sinceram quodammodo applicaret se indeque monstra sua conficeret; cuius consuetudinis optimum exemplum est Corfiniensis n. 334\* ad genuinam n. 3168 male expressa. Vel sic tamen insunt in hac farragine male ordinata genuinae quaedam neque ex libris editis exscriptae, sed ex Antinorianis ut videtur aliae (v. n. 4925), aliae eaeque plures ex ipsis lapidibus, ipsaeque falsae eius magna ex parte originem videntur duxisse ex titulis adhuc ineditis perperam lectis et peius interpolatis. Quod etsi ita esse suspicor, tamen retinere me neque potuit neque debuit, quin paucissimis exceptis quae sine ulla offensione legerentur, Martellianas omnes alia auctoritate non defensas sive falsas sive interpolatas in suspectarum ordinem amandarem. Haec quae repetivi ex editione priore iam confirmata sunt; nam agro Aequiculano sollicitate explorato non paucae Martellianarum iusto vindice reperto et interpolationibus detersis suo loco restitui

potuerunt. Restant tamen vel hodie tituli quidam nullo alio testimonio defensi, qui licet non tam conficti quam corrupti viderentur, inter suspectos relinquendi erant. — Eodem tempore Carolus BUNSEN quae in eo agro data opera investigaverat exposuit in annalibus instituti archaeologici t. VI (1834) p. 411 seq.; sed labores eius ad antiquorum oppidorum rudera magis spectabant quam ad inscriptiones. — Nuper demum cum diligentia et fide agri Aequiculani monumenta explicaverunt LEOSINIVS Aquilanus; Iosephus COLVCCI (*Bull. Napolitano, Nuova Serie* vol. 7 a. 1859 p. 89 seq.; eiusdem auctoris libri *gli Equi* quod solum prodiit prius volumen Florentiae 1866. 4. pp. 125 inscriptiones non habet); GARRVCCIVS, qui Aequiculorum titulos collectos edidit (ibidem p. 153 seq.; circumfertur idem commentarium seorsum impressum sub titulo *il Ciccolano ed i suoi monumenti*. Neapoli 1859. 8); Gaetanus RICCI, qui Fiamignani degens per aliquot annos territorium Aequiculorum strenuo labore exploravit et in ephemeride *Gazzetta di Aquila* 1875 Aug. 7 — Dec. 8 titulos Nescenses edidit, praeterea quos in schedis servat mihi Dresselioque officiose obtulit; denique DRESSELIVS, qui a me rogatus regionem illam inviam summo, sed fructuoso labore titulorum describendorum causa peragravit.

**4103** litteris parum alte incisus in cippo parvo infra latiore quam supra. Collelegati *alle Ville* in aedibus Gagliardi.

SABINVS CL  
HERCVB  
D · D · I M

Recognovit Dressel descriptam a Riccio.

3 tertia littera i est, non L vel L<sup>2</sup> Dressel.

**4104** litteris vetustis parum alte incisus in cippo infra latiore quam supra. Collelegati *alle Ville* in domo Antonini murata alla porta della cantina.

ST · SELVSIVS · P · EF  
HERCOLEI  
DONVM · D  
LVB · MERITO

Dressel recognovit descriptam a Riccio, ad quod exemplum ed. Garrucci syll. n. 1873.

1 post r punctum esse videri adnotat Dressel.

**4105** sub Nescē rep. in fundo Gregorii Domizi sub pavimento cubiculi quadrati antiqui una cum n. 4108. 4137 qui tituli mox confiscati sunt et destinati museo Neapolitano, quo non pervenerunt ACTA, LEOS. Fuit in domo Morelli; hodie desideratur DRESSEL.

IVNONI  
SACRVM

Acta musei Neapolitani d. 4 Mai. 1859; Leosini *Bull. dell' Inst.* 1859 p. 115; Colucci *Bull. Nap.* N. S. 7, 90; Garrucci ibidem p. 163; Ricci *Gazz. di Aquila* 15 Nov. 1875.

**4106** [=5703] basis parva. Torani PHOEB. Apud DD. Cattivera MARINI MART. GARR. DRESSEL.

IOVI · O · M ·  
L · SABIDIVS ·  
TAVRVS

Recognovit Dressel. Phoebonius et apud Gudium ms. 246, 4, ed. 14, 1 et in hist. p. 177 (inde Mur. 6, 4); Xaverius Marini *memorie di S. Barbara* (Fuligni 1788) p. 197; Martelli n. 6; Garrucci *Bull. Nap.* N. S. 7, 179. Holstenius ad Cluver. p. 414 ait Torae fuisse se 1645 die 13 Mai. et invenisse in ecclesia columnas et inscriptiones fractas.

1 L post M apparuit Garruccio; litteram ibi deesse posse adnotat Dressel.

**4107** in S. Agapiti sub Fiamignano in aedibus prope ecclesiam.

SACRVM  
IOVI · O · M ·  
ET · DIS · DEAB  
T · POMPVSIVS  
5 PRIMIGENIVS

Dressel descripsit. Dedit item Ricci.

2 ante IOVI vestigia litterae s apparent, sed quae fallere videantur.

**4108** litteris non bonis Nescē rep. una cum n. 4105. Adhuc in aedibus Morelli pro gradu.

MARTI  
VLTORI

Recognovit Dressel. Acta musei Neapolitani d. 4 Mai. 1859; Leosini *Bull. dell' Inst.* 1859 p. 115; Colucci *Bull. Nap.* N. S. 7, 91; Garrucci ibidem p. 164; F. Gori *guida a Tivoli* 4 p. 73; Ricci *Gazz. di Aquila* 17 Nov. 1875.

**4109** [=5705] litteris pravis et evanidis. Sub Nescē in contrada Silvestri vicino il casale Domizi DRESSEL. — Norciae AMATI BORGH. errore.

INVICTO · MITHRAE  
APRONIANVS · ARKAR  
REI · P · D · D  
DEDICATVM · VII · K · IVL  
5 MAXIMO · ET · ORFITO COS p. C. 172  
PER · C · ARENNIVM · REA  
TINVM · PATREM

Recognovit Dressel. Cam. Rossi qui descripsit citat in libro *l'arco Traiano di Benevento* (Neapoli 1846) vol. 3 p. CCCLXXII deditque canonico Federicio (cod. Casin. 843) et Amatio (cod. Vat. olim n. 1445; cf. Borghesi in epistula 30 Iun. 1818 ad Labusium opp. 6 p. 419); Bunsenus dedit Kellermanno ediditque adhibito exemplo Rossiano ann. inst. 1834 p. 412; Martelli n. 43; Garrucci *Bull. Nap.* N. S. 7 p. 464; Ricci *Gazz. di Aquila* 4 Dec. 1875.

7 FAB · MAG PRO PATREM Mart.

**4110** [=5706] Nescē rep. possidet Martelli una cum statua numinis affabre sculpta MART. *Colle della Sponga, casa Martelli* GARR.

..... sacelluM · SOLIS · INVICTI  
mithrae pro salute · ORDINIS · ET · POPULI  
apronianus arkarivs · REI · P · VETVSTATE collap  
SVM  
5 perm. ordin. de siva · PECVNIA · RESTITUIT

Martelli n. 44; Garrucci *Bull. Nap.* N. S. 7 p. 164 de visu; Ricci *Gazz. di Aquila* 27 Nov. 1875.

**4111** [=5707] Civitellae prope Nesce in gradibus ecclesiae parochialis.

SALVTI  
FORTVNATVS REI publ  
ARKARIVS

Recognovit Dressel. Leosini misit Instituto; Garrucci *Bull. Nap.* N. S. 7 p. 165; Ricci *Gazz. di Aquila* 27 Nov. 1875.  
2 REIP Garr. Ricci.

**4112** [=5704] Pace in domo baronis Antonini.

ROSA  
PRO · SALVTE · ORDINIS · ET · POPVLI · SIGNA  
SERAPIS · ET · ISIDIS · CVM · ERGASTERIS · SVIS  
ET · AEDICVLAM · IN · SCHOLAM · PERMIT  
TENTE ORDINE ·  
5 APRONIANVS · R · P · AEQVICVL SER · ARK stc  
CVM · AEQVICVLA · BASSILLA · ET · AEQVI  
CVLO · APRONIANO · FIL · PEC · SVA · FECIT  
L · D · D · D

Recognovit Dressel. Descripserunt Simelli (unde ed. Petit-Radel ann. inst. IV 1832 p. 8); Runsen (qui dedit Kellermanno, ipse ed. ann. inst. VI 1834 p. 114); Martelli n. 15; Garrucci *Bull. Nap.* N. S. 7 p. 164. Henzen n. 5138/9.

**4113** basis parva cubicâ litteris pulchris. Fiamignani in aedibus Ferraresi.

STATAE

Recognovit Dressel. Garrucci *Bull. Nap.* N. S. 7, 163, cui dedit Ulysses Morelli; Gori *guida a Tivoli* 4 p. 72.

**4114** [=5708] Nesce in aedibus rusticis Petri Domitii.

T · POSTVMIVS · T · L  
ANTIQCVS · D · D  
L · M

Gualtierius exscripsit Antinorio.

**4119** origine Trebulanam magis esse quam Aequiculanam monui in praefatione. In abbatia S. Salvatoris octavo ab Reato lapide LIG. (MET.); a S. Salvatore negli Equicoli SAB.; in agro Reatino supra Farfam in abbatia S. Salvatoris FIGH.; in agro Reatino ODER. Monasterium illud situm est in valle Salti inter vicus Vaccarella et Rocca Vittiana. — Reate PANV. 498 LIG. (Taur. 47. 26).

SEX · TADIVS · SEX · F · VOL · LVSIVS · NEPOS · PAVLLINVS · PROCOS  
SORTITVS · PROV · CRET · CYR · LEG · PRO · PR · PROV · AFRIC  
PRAEF · FR · D · LEG · PR · PR · PROV · ASIAE · LEG · PR · PR · PROV · MAC  
PRAET · CAND · AED · CVR · Q · PROV · PONTI · ET · BIT · TR · MIL · LEG  
5 IIII · F · F · XVIR · STLIT · IVD · VIIII · VIR · II · QQ  
MVLVIA · C · F · PLACIDA · MARITO · OPTIMO · ET · SIBI

Exempla habemus Ligorii et Pighii et fortasse Morcellianum. Illud habent Ligorius in Sabinensi Manutii f. 8' = 102' (inde Manutius orth. 23, 4) et inter Metelliana cod. Vat. 6034 f. 16' (si vede scritta questa iscrizione in un bel pila nella parte d'avante et si trova alquanto corosa in alcuni luoghi di essa) et Taur. vol. 4. 17. 26; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 63. 124', Rom. p. 498. 846 (inde Smetius 85, 9); Metellus in schedula olim solitaria cod. Vat. 6038 f. 17'; Lipsius ms. f. 24; Grut. 474, 6 ex Panvino Manutio Metellianis Scultetianis. Pighii est in cod. mai. f. 138. 193. Referunt item Morcelli de stilo inscr. Lat. (1780) p. 328 'ex autographo' eodemque exemplo Oderici in sched. Gen. f. 110 'misit N. N.', fortasse de lapide. Orelli 3658.

V. l., quae fere nulla est, dedi Sabinensis, Ligorii (Met.), Pighii 138. 193, Morcellii, Oderici. — Versus distinxit ad Morc. et Oder. — 1 s. pro sex bis Pigh. 138. — 2 CR-ET-CVR Oder., CRET-CYP Pigh. 193. — 4 PONT Lig. (Met.) Pigh. 138 Morc. — 5 F·F· Pigh. 138 Lig. (Met.) Morc. Oder., FE Sab. (in marg. F·F·), FEL Pigh. 193, FER Lig. (Taur. 4). — 6 C·F·PLACITA Pigh. 138, CEPTACIDA Pigh. 193.

**4115** [=5709] in oppido Nescae in Aequiculis vocabulo (=contrada) S. Silvestri iuxta aedes rusticas Petri Domitii.

IMP · CAESAR  
DIVI · CLAVDII  
F · AVGVST · TI  
NERONI

5 PONTIF · MAX  
TRIB · POT · IIII · CON · III p. C. 58?

D · D

Dominicus Gualtierius exscripsit Antinorio imperfecte.

**4116** [=864\*] Civitella di Nesce iacet inter rudera RICCI.

IMP · CAESARI  
DIVI · TRAIANI  
PARTHICI FIL DIVI  
NERVAE NEPOTI trai  
5 ANO · HADRIANO  
AVG PONTIF · MAX  
TRIB POT · XIII COS III · P · P p. C. 129  
QVOT · OPERA PVBLICA  
VETVSTATE DILAPSA  
10 PECVNIA SVA  
RESTITVERIT  
D · D

Martelli n. 10; Garrucci *Bull. Nap.* N. S. 7 p. 165 ab amico; Ricci *Gazz. di Aquila* 17 Nov. 1875.

1 CAESARI, 3 FILIO, 4. 5 TRAIANO Mart. — 5 ADRIANO Ricci. — 6 PONTIFICI·MAXIMO Mart. — 7 COS III Mart. Ricci, COS II Garr. — 8 PVBLICA, 9 DELAPSA, 11 RESTITVIT Mart. — 12 om. Garr.

**4117** [=5710] in ruinis Torae oppidi [=Torano; cf. Phoebonius hist. p. 177] ad fluvium Toranum [scilicet eum qui est ad oppidum Torano, cf. Phoeb. l. c.] in ecclesia S. Anatoliae in pavimento ante altare PHOEB.

IMP · CAES

M · AVRELIO · ANTONI  
NO · AVG · PONTIFICI · MAX  
IMP · CAES · L · SEPTIMI · SEVERI · PII  
5 PERTINACIS · AVG · ARABICI  
ADIABENICI · PARTHICI · MAXIMI

FILIO · COS · III p. C. 208

Phoebonius apud Gud. ms. 242, 2, ed. 92, 3. 3 delendum est MAX.

**4118** [=865\*] sotto le terme a fabrica ciclopea di Civitella di Nesce MART.; a poca distanza dal luogo detto le Terme, ove più abbondano gli avanzi della distrutta Nerse RICCI. Frustra quaesivit DRESSL.

IMP · CAESARI  
!!!!!!!!!!!!  
PIO · FELICI · AVG  
PONTIF · MAX · TR · POT · III  
5 COS · III · PAT · PATRIAE  
S · P · Q · A · DECRETO · DEC  
P

Martelli n. 12; Ricci *Gazz. dell' Aquila* 20 Nov. 1875, qui ait vidisse se. Genuinam videri monui iam in ed. priore.  
2 erasum esse ait Ricci. — 6 S·P·Q·A/DECRETO Ricci.

**4120** in ecclesia S. Maria del Colle inter S. Anatoliae et Torano GARR. Hodie ad S. Anatoliae prope ecclesiam in villa Constantini Placidi DRESSL.

D M  
L · CALLIO · L · F · CLA  
RESTITVTO · VE  
TERANO · AVG  
5 EX · CHO · PRI · PR  
MAG · I · D · Q  
HOSTILIA · C · F  
PROCVLA CON B · M  
CVM · QVO VIX · AN · x//  
10 FACIVNDVM  
CVRAVIT

Recognovit Dressel. Garrucci *Bull. Nap.* N. S. 7 p. 179.

**4121** [= 5711] Torre di Taglia in ponte parvi rivuli PHOEB.; nella facciata a ponente della chiesa di S. Elpidio parrocchia del paese così detto e di Torre di Taglia GVALT. Ibidem adhuc DRESSEL.

rosa  
T · RAI O · T · F · POL  
C R I S P I N O  
DRVS · CAESARIS · BENIFIC  
MILITAVIT · COH · VI · PR  
5 AN · XVIII · V · AN · LXX  
H E R · P O S V E R  
II III III III III III III AN · A E Q  
I N · F · P · X · I N · A · P · XII

Recognovit Dressel. Phoebonius hist. Mars. p. 178 (inde Mur. 804, 4); Gualtieri, qui descripsit a. 1762, apud Antinorium ms. et in cod. Vat. 9144 f. 93 et apud Lupacchium cod. Neap. f. 55b (inde Marini cod. Vat. 9128 f. 25'); Martelli n. 33; Garrucci *Bull. Nap.* N. S. 7 p. 166.

Varia lectio omitti potuit praeter v. 7, quem dedi ut exceperit Dressel, H.....MVNAEQ Garr., .....ALQ Phoeb., II..... Gualt., om. Mart.

**4122** [= 5712] Corbarii ante portam oppidi PHOEB.; in foro MARTELLI temere. Extare negant GARRUCCI *Bull. Nap.* N. S. 7, 157 et RICCIUS. — Sine loco ACC.; Cartagenae MVR. 763 errore.

.. <sup>50</sup> BIDIVS · C · F · PAP · PRIM · PIL  
7 <sup>10</sup> G · V · ET · LEG · X · ET · LEG · VI · ITA · VT · IN  
<sup>leg.</sup> X · PRIMVM · PIL · DV CERET · EODEM  
<sup>que</sup> <sup>tem</sup> PORE · PRINCEPS · ESSET · LEG · VI · PRAEF · G · VING  
5 . . <sup>ca</sup> <sup>ESAR</sup> · DIVI · AV · G · ET · TI · CAESAR · AUG · DEM //  
A · DON // CV //  
IELIA · GN · F · PVPILLA · VXSOR  
CRISPINA · NEPTIS

Duo exempla supersunt Accursio subministratum ab amico cod. O. 125 fasc. XLIX scriptum manu aliena (inde Mur. 763, 6; ex eo Lumiares *inscripciones de Carthago* p. 133, 23) et Phoebonii apud Gud. ms. 260, 2 melius quam in hist. Mars. p. 177 (inde Mur. 848, 7). A prioribus Martelli n. 4. Henzen 6779.

1 SABIDIVS Phoeb. (ed.); cf. n. 4406. — 2 [G·V·ET Acc., SV·ET Phoeb. — ITA Phoeb., ET·A Acc. — 3 in. x om. Acc. — 4 TEMPOR Phoeb. — ESSE Phoeb. (ms.). — PRAEF·G// Acc.; PRAEF. (PRAEB ed.) GV Phoeb. — 5 CAESAR Phoeb. — DIVI Acc., DIVS Phoeb. (ms.), DIVVS Phoeb. (ed.). — F om. uterque. — A//DEM// Acc., AVG·DEM//SVA Phoeb. — 6 A·DON...VT Phoeb. (ms.), A·DONAVIT Phoeb. (ed.). — 7 IELIA·GN·F Acc., CORNELIA·AG·N·P Phoeb. — VXSOR Acc., v. s.. Phoeb. (ms.), VSR Phoeb. (ed.) — 8 CRISPIN Phoeb. — Martellius Phoebonii exemplum corruptum et interpolavit ita: SABIDIVS · TAVRVS · C · F · PRIMIPIL | VETERAN · LEG · X · ET · LEG · VII | TRAI · IN · X · PRIMIPILVM | DVM · ET · EODEM TEMPOR | PRINCEPS · ESSET · LEG · VI | PRAET · B · DIVI · IVLI · CAES · DIVVS | AVG · ET · TIB · CAESAR · AVG · DO · M · SVA · PECVN · DONAVIT | CORNELIA · PVPILLA · M · P · V · S · K | CRISPINI · NEPTIS.

**4123** [= 875\*] extra vicum Torano in stabulo Bartholomaei Felli MART.; al forno del Barone Antonini GARR. Iacentem in cisterna domus Maliti vidit DRESSEL, describere non potuit.

A · VARIUS · L · F · CLA · VARRO  
CENTVRIO · LEG · IIII sic  
GAVIA · Q · F · VXSOR  
EX · TESTAMENTO · SELEVCVS · L  
5 FECIT

Martelli n. 9; Garrucci *Bull. Nap.* N. S. 7 p. 180.

1 VARRO om., 2 CENTVRIO, 3 CAVIA·O·F Mart. — VXOR GARR. — H·M·H·N·S add. Mart.

**4124** [= 867\*] in vico S. Stephani di Riotorto prope vicum S. Luciae MART.; ante ecclesiam S. Nicolai addit GARR. Periit DRESSEL.

C · BRVITIVS · C · F  
PRISCVS · VI · VIR  
AVG · F · SIBI · ET  
SVLPICIAE · D · L  
5 A M P L I A T A E  
ET · SVLPICIO  
AMBLIATO ET · 'sic' GARR.  
SVLPICIO ·  
CASTORI · FIL ·

Martelli n. 30; Garrucci *Bull. Nap.* N. S. 7 p. 168.

1 fin. CLA add., 3 AVG·F om., 4 D·L om., 6 SVLPICIO, 9 FILIO Mart.

**4125** [= 5714] in rupe incisa. Nesce in loco q. d. S. Silvestro GARR. Frustra quaesivit DRESSEL.

C · CALVEDIVS · PRISCVS  
VI · VIR · AVG · SIBI · ET  
ARRIAE · POETHADI  
CONIVGI · SVAE  
5 SILVESTRI · FIL · V · A · V ·  
POSTERISQ · SVIS · FEC

Dodwell *Bullettino dell Inst.* 1831 p. 46 omnino ex schedis Martellii; Martelli n. 14; Bunsen Ann. 1834 p. 147, qui vidit; Leosinius misit Instituto archaeologico; Garrucci *Bull. Nap.* N. S. 7 p. 167; Ricci *Gazz. di Aquila* 20 Nov. 1875. Henzen n. 7097.

2 VIR] v. Dodw. Mart. — 3 APRIAE Bunsen, ADRIAE Ricci. — POETIADI Dodw. Mart., PCET (vel 1) HADI Buns., POERIADI Leos. — 4 CONIVG·Dodw. — fin. ET add. Dodw. Mart. — 5 SILVESTRO Leos. — V·A·V] AVG Leos. — 6 POSTERISQ·SVVIS·FEC 'sic' Bunsen, POSTERISQVE·SVIS·FEC Garr. Ricc., POSTERISQ·SVIS (om. FEC) Leos., IOSHN·POSVET Dodw., POSVET tantum Mart. — Fasces esse in lapide ait Dodw., negat Bunsen.

**4126** litteris bonis. Ad S. Elpidii, quae pars est vici Torre di Taglia, nell' abaco sopra il capitello della prima colonna nel soccorpo della chiesa a destra dell' ingresso.

L · CARCVRIN //  
AED · Q  
TARONIA · TER //

Partem recognovit Dressel; Riccius dedit. Quae Dressel non vidit, dedi inclinatis.

**4127** basis magna. Nel luogo detto S. Rufina tra Piagge e Pagliare nel terreno di Anibale Annibaldi.

D M  
CLAVDIAE FRON  
TINAE · CLAVDIVS  
SATVRNINVS II VIR  
5 I D ET RVPEDINA  
IANVARIA FILIAE · CA  
RISSIMAE · ET · SIBI  
POSVERVNT

Dressel recognovit descriptam a Riccio.

**4128** [= 870\*] basis quadrata. Peschiorochiani ante ecclesiam.

L · CRESIDIO · L · F · CLA · BASSO  
II · VIR · AEQVICL · III · VIR · CARS  
FORTVNATVS · L · FECIT · ET · SIBI  
ET CAECILIAE · LVCVSTAE

Recognovit Dressel. Martelli n. 17; Garrucci *Bull. Nap.* N. S. 7 p. 167; Ricci *Gazz. di Aquila* 4 Dec. 1875.

1 CRESIDIO Garr. Ricci, GRESIDIO 'sic' Dressel, CRISIDIO Mart.; cf. n. 4143. — 2 AEQVICL Dressel, AEQVICI Mart. Garr. ('sic'; cf. p. 156) Ricci. — IV VIRO Mart. — 3 L·FECIT·ET] MI·COH·III Mart. — 4 LVCVSTAE] IACVSTAE Mart.

**4129** [= 5720] reperta ad S. Hippolyti m. Iulio a. 1837; posuit in aedibus suis Ferd. MOZZETTI. Pagliare prope Fiamignanum in aedibus Mozzetti GARR. DRESSEL.

D M  
IANVARIO · L · IVLI · FRONTONIS  
HELIVS · ACTOR · ET · LEGAS · SER ·  
FILIO · PIENTISSIMO · FECERVNT  
5 ITEMQVE COLLEGIVS AGELLANVS  
BENE · MERENTI

Recognovit Dressel. Ferd. Mozzetti dominus misit Gervasio ex Teramo 29 Dec. 1837 (inde Gervasio *iscr. in Lesina* 1853 p. 32); mihi misit Valia a se descriptam adhibito videlicet exemplo Mozzettino; Garrucci *Bull. Nap.* 7 p. 178.

3 HPLIVS Val., LIVIVS Mozz. — LEGAS Dressel, LECAS Garr. [Val., LICAS Mozz. — 5 I·T·F (vel E) · MEQVE COL (vel CVLO) L·F·CIVI Val. Mozz.; in ed. priore ex coniectura dedi quod est in lapide. — AGELLANVS potius quam ACELLANVS Dress., ACELLANVS Val. Garr., ACELLIVS Mozz.

4130 [=5713] ad S. Petri in Colle Roscio SAB.; non longe a Reate ad S. Petrum Collis Roscii GRVT. similiterque DON. MVR.; apud Roscium collem in Aequiculis SIRM. Intellegitur S. Pietro di Colle rosso distans M p. a Fiamignano. Fiamignani in monasterio Capucinatorum MART. GARR. DRESSSEL.

M · M · LARTIENI & SABINI & PATER  
ET · FILIVS · QVINQVENNALES · AQVAM  
IN FANVM SVA · INPENSA · PERDVXERVNT · SALIEN  
TES · QVADRIFARIA SVO LOCO RESTITVERVNT · CANALES · VE  
5 TVSTATE · CORRVPPOS ET · DISSVPATOS · RESTITVERVNT FISTV  
LAS OMNES ET SIGILLA · AHENEA POSVERVNT · TECTA REFECE  
RVNT OMNIA · SVA INPENSA FECERVNT

Recognovit Dressel. Ligorius in libro Sabinensi Manutii (cod. Vat. 6040) f. 11=105 a quo exemplo pendent Grut. 1020, 5 'ex schedis Ursini Gutenstenius' et 1020, 4 ex iisdem, hic cum interpolationibus Gutenstenianis. Marianus Victorinus de antiq. Reate cod. Neap. f. 55; Sirmundus cod. 1418 n. 49. De lapide rursus Don. 2, 17, cui excripsit Naudaeus; Antinorius apud Mur. 478, 1; Martelli n. 31; Garrucci *Bull. Nap.* N. S. 7 p. 167. Orelli 3322.

Vv. ordinem ex antiquis servat Donius. — 1 LARTIENI Sab. Grut. 5. — 4 fin. E hodie deest. — 5 ET om. Sab. Grut. 5 Victor. Sirm. — 6 fin. E hodie deest. — Interpolata recensio Gutensteniana haec est: M · M · LARTIEN · SAB · P · ET · F · QVINQ · AQVAS · SALIENTES · IN · PLANVM · PERDVXERE . . . IA · SVA · LOCO . . . ALES · VETVSTATE · CORRVPPOS · DISSVPATOSQ · RESTITVER · FISTVL · NOVAS · CVM . . . LIS · AENEIS · POSVERE · PORTICVS · OMNES · REFECE · CVNCTA · IMPENSA · SVA · FECERE.

4133 litteris elegantibus. Nesce rep. cum n. 4105; est in aedibus Morelli.

L · V · O · L · V · S · I · U · S  
· T · M · A · L · L · I · U · S  
CAIVS / Q · P · O · N · I · P · O · N · I · U · S  
orchestra AM · STRAVERVNT · PODIVM · ET · TRIBVNAI et  
5 statum VSTITIAE · AVGVSTAE / DECVRIONIBVS  
VDOS · SCAENICOS · QVADRIDVO · ET

Fragmentum secundum recognovit Dressel. Colucci *Bull. Nap.* N. S. 7 p. 91; Minervini ibidem p. 152 ad ectypum; Garrucci ibidem p. 165 ad idem ectypum; Leosini *Bull. dell' Inst.* 1859 p. 115.

3 CAIVS Col. Min., CAIVS Leos., CAIVS Garr. — 4 in. IAM Col. — 3 et 5 nota virgulas quibus commata separantur.

4134 Nesce.

. . . S ET . . .  
AIAIR · AVg

Colucci *Bull. Nap.* N. S. 7, 91 (inde Garrucci ib. p. 168); Ricci *Gazz. di Aquila* 17 Nov. 1875.

4135 [=5715] rep. alle *Campetelle*, deinde Pagliare prope Fiamignanum in aedibus Mozzei VAL. Frustra quaesivit DRESSSEL.

L · AEMILP  
ARTHENI

Descripsit Valia a. 1838.  
LIAEMILP | ARTHENI traditur.

4136 Torani alle *Peschie* GARR. Frustra quaesivit DRESSSEL.

T · ALBIVS · T · F

Garrucci *Bull. Nap.* N. S. 7 p. 181.

4137 sub Nesce rep. una cum n. 4105. Fuit in domo Morelli; hodie desideratur.

ALFIA · C · F  
MATER

Acta musei Neapolitani d. 1 Mai. 1859; Leosini *Bull. dell' Inst.* 1859 p. 113; Colucci *Bull. Nap.* N. S. 7, 89; Garrucci ibidem p. 166; Ricci *Gazz. di Aquila* 17 Nov. 1875.

4138 [=5716] in una vigna detta del Sartore nella scesa che si fa da Peschiorocchiano al ponte del monumento MART.

Q · APELLIVS · Q · F  
PHILOTIMVS  
SIBI · ET · APELLIAE  
AgATHE  
5 MERIDI

Martelli n. 21.

5 ACATEMERIMI traditur, quo errore aliquatenus firmatur inscriptio.

4131 [=876\*] Borgo Collefegato in aedibus Gagliardi MART.; alle *Ville* in columnae capitulo addit GARR.

IVRIVS · T · F · ST · PONTIVS  
de VEICI · SENT · FAC · COIR

Martelli n. 7; Garrucci *Bull. Nap.* N. S. 7 p. 179 et diverse syll. n. 1871, utroque loco addens ectypum sibi misisse a. 1854 Philippum Placidi et recognovisse sibi lapidem bis Ulysem Morelli.

1 ST] STEL, 2 SENT] SENTINAS Mart. — Garrucius priore editione sic dat: IVRIVS<sub>o</sub>lo<sub>o</sub>...IV, posteriore, sed iisdem ut supra dixi auctoribus, ut supra legitur, nisi quod hiatus nullus adnotavit. Quod quomodo explicem nescio.

4132 [=874\*] litteris pulchris, sed evanidis. Borgo Collefegato in foro MART.; in un *fabbricato di Gregorio Ponziano presso il molino* DRESSSEL.

T · STATIVS · T · F · ST · N  
AED · Q  
ANNIA · AN · F · VXO sic

Recognovit Dressel. Martelli n. 3; Garrucci *Bull. Nap.* N. S. 7 p. 166.

3 praenominis Annii alterum exemplum nullum extat.

4139 [=5717] optimis litteris. Rep. prope Nesce bipertita BVNSEN. Iam Nesce in un *fabbricato del marchese Antonini Castiglione* RICCI.

C · BETVIVVS  
SPVRIVS  
L · ASIVS · L · L  
ALIXSAI<sub>der</sub>  
5 BET(VI)IA · C · /  
SECVIDA

Plenam fere descripsit Bunsen in litteris ad Kellermannum et ann. inst. 1834 p. 118 (inde Martelli n. 16), exceptis principiis vv. 3—6 Garrucius *Bull. Nap.* N. S. 7 p. 177 ad ectypum missum sibi a Morellio; Ricci *Gazz. di Aquila* 20 Nov. 1875. Henzen 6204.

N litteram formae singularis esse adscriptum Bunsen. — 4 ALIXSAI. traditur; scripsi ALIXSAI<sub>der</sub>. — 5 fin. hiatus non adnotat Buns. — C. Betuinus cum esset spurius filius Betuinae C. f. (vel l.) Secundae ab Alexandro opinor, inde cognomen traxit.

4140 Peschiorocchiani in sacristia ecclesiae pro gradu DRESSSEL.

CAESIENA  
/ALANIO  
/CPAC

Recognovit Dressel. Garrucci *Bull. Nap.* N. S. 7 p. 168; Ricci *Gazz. di Aquila* 1 Dec. 1875. 3 prima littera et quarta incertae sunt.

4141 S. Maria del Colle inter S. Anatoliae et Torano GARR. Perit DRESSEL.

M · PIO · M · ·  
CALVENO  
OSSA · SITA  
CALVENA · L · F

Garrucci *Bull. Nap.* N. S. 7 p. 181.  
1. 2 corrupti sunt.

4142 aS. Agnolo di Fiumata SAB., ubi praecedit n. 4130; id est la Fiumata prope Fiamignanum.

L · CASIENVVS · A · F · CLA  
EX · TESTAMENTO · HS ♀ ♀  
ARBITRATV  
POLAE · RVNTIAE · L · F · VXORIS  
5 L · CASIENI · L · L · ERONIS  
L · CASIENI · L · L · HILARI

Servavit Ligorius in Sabinensi libro Manutii f. 11' = 105'. Inde Manutius orth. 415, 42; Grut. 864, 8 'ex Manutio et Ursini schedis' interpolatam a Gutenstenio.

Versuum divisionem mutavi. — 1 CASCIENVVS, 4 POLLIAE ARVNTIAE, 5 ET · L · CASCIENI · L · L · EROTIS, 6 CASCIENI Grut.

4143 rupi incisa inter Peschiorocchiano et Nesce in contrada Tulesca (= due lesche; cf. n. 4155).

T CRESIDIO · L · F  
FORTVNATO  
/ / / / /  
/ / / / /  
5 I / / / / /  
/ / / / /  
/ / / / /  
cavum ad cineres recipiendos

Dressel descripsit vestigia quae supersunt.

4144 [= 871\*] pulchris litteris. Borgo S. Pietro in turri campanaria.

FADIVS  
T · FADIVS · I  
AVLI  
EX · TES  
5 L · FAD

Recognovit Dressel. Martelli n. 32; Garrucci *Bull. Nap.* N. S. 7 p. 160.

A dextra desecta visa est Dresselio. — Martellius interpolavit sic: C · FADIVS | T · FADIVS | AVEI | EX · TEST · L · FADIVS.

4145 [= 5719] litteris bonis antiquioribus. Peschiorocchiani in pavimento ecclesiae ad latus prope altare quoddam.

Q · GAVIVS · Q · F  
QVINTIO  
SIBI · ET · ROSSIAE  
O · L · SELENIONIS  
5 VI · F

Recognovit Dressel. Martelli n. 18; Ricci *Gazz. di Aquila* 1875 Nov. 20.

3 SOSSIAE Mart.

IX

4146 Nesce.

. . . O IVS TO . . .

Colucci *Bull. Nap.* N. S. 7 p. 91; Ricci *Gazz. di Aquila* 17 Nov. 1875.

4147 Nesce.

LVPI

Colucci *Bull. Nap.* N. S. 7 p. 94; Garrucci ibidem p. 177; Ricci *Gazz. di Aquila* 17 Nov. 1875.

4148 litteris bonis et magnis. Mercato prope Fiamignano, *architrave della diruta chiesa.*

CLA · MACCVS ·  
CLA · MACCVS ·  
VEFA ·  
CA ·

Dressel descripsit ut supra legitur; CLA · MA reliquis omissis dedit Riccius.

4149 [= 873\*] Borgo Collefegato in muro laterali ecclesiae S. Anastasiae.

C · POMPONIVS  
C · L · DASIVS  
VIVOS · SIBI · ET  
HELENAE · C · L  
5 PHRONESINI

Recognovit Dressel. Martelli n. 4; Garrucci *Bull. Nap.* N. S. 7 p. 178.

2 C · L] M · F · CLA (propterea olim falsam esse dixi, merito opinor: 'redit sevir ingenuus tributum habens') et 3 VI · V · OSSIBETEI Mart.

4150 alla Fontana di Villetta sotto Collemaggiore.

POMPVSIA C · F ENNIA  
PRIMILIA · SIBI · ET  
VALERIAE · F PRIMILLAE  
ET TIC / / / / / I  
5 VIRO

Riccus dedit. Dresselius vidit terra obrutam ita, ut 2 seq. legere non posset.

2 PRIMILLIA traditur.

4151 titulus monumenti rotundi litteris pulchris. Collefegati in fundamentis curiae.

OSCLITIVOCV  
SABINA · VXOR  
PRONEPOS · CLA · LVPVS  
PRONEPOS · CLA · LVPVS

Recognovit Dressel. Ulysses Morelli apud Garrucci *Bull. Nap.* N. S. 7 p. 177.

1 fuit fortasse NepOS CLA . . . CVs.

4152 [= 5723] litteris pulchris antiquioribus. Peschiorocchiani in turri campanaria.

C · SEPTVMIVS  
O · L  
PAMPFILVS

Recognovit Dressel. Martelli n. 49; Garrucci *Bull. Nap.* N. S. 7 p. 178 ad ectypum; Ricci *Gazz. di Aquila* 1 Dec. 1875.

4153 Nesce.

abASCANT . . .

TERTIAE

Colucci *Bull. Nap.* N. S. 7 p. 91; Ricci *Gazz. di Aquila* 17 Nov. 1875.

4154 [= 5724] litteris maximis et pulcherrimis aetatis liberae rei publicae DRESSEL. M p. a Peschiorocchiano in ecclesia S. Mariae di Monte Falcone sive della Neve; prior pars extat in latere ecclesiae, posterior in pariete postico.

L · TITIENVVS · C · F  
C · N · CLA  
NONIA · TARENTINI · L · F  
V X O R

Recognovit Dressel. Antinorio exscripserunt alii et Gualterius; Martellius n. 20; Garrucci *Bull. Nap.* N. S. 7 p. 177; Ricci *Gazz. di Aquila* 20 Nov. 1875.

Priorem partem viderunt Martellius et Dresselius soli. — Praeter consuetudinem patris mulieris, scilicet Nonii Tarentini condicionis libertinae, nomen ita indicatur *Tarentini (liberti) (filia)*.

4155 [= 5725] prope Nesce in agro dicto le due lesche vel Arrinca.

LVALVAIVSP  
CALVPNAOLIN  
IECL

Dom. Gualterius exscripsit Antinorio.

4156 basis, prope Nesce alla Fontana di Civitella.

V A R I A  
C · M O D I C  
D I D I A E · L H C  
F E C  
5 I N · A G · F X V I · I N

Dressel descripsit.

4157 [= 5726] in ecclesia patriarchali S. Luciae in Aequicolis DON. Villa S. Lucia prope Fiamignano pone ecclesiam GARR. DRESSEL. — Torre di Taglia (non Corvari) in ecclesia S. Elpidii PHOEB. errore (cf. n. 4124).

C · VETTENVVS · C · L · APHRODISIVS  
C · VETTENVVS · C · L · TERTIVS  
C · VETTENVVS · C · L · SEXTVS  
VETTENA · C · L · HILARA  
5 VETTENA · C · L · MAXIMA

Recognovit Dressel. Donius 15, 31, qui dicitur sumpsisse ex schedis nescio quibus bibliothecae Vaticanae, sed magis habuit a Naudaeo (cf. n. 4130); Phoebonius hist. Mars. p. 178 (inde Mur. 1606, 4); Martelli n. 29; Garrucci *Bull. Nap.* N. S. 7 p. 179.

50



4158 [= 5727] litteris antiquioribus bonis. Peschiorocchiani in palatio ducis GVALT.; in hortis Iosephi Ferri GARR.; in aedibus eiusdem DRESSEL.

T · VIBIENVS · T · F  
CLA  
GRASSIANVS sic  
AEQVISIA · C · F · VXOR

Recognovit Dressel. Gualtierius exscripsit Antinorio; Martelli n. 22; Ulysses Morelli apud Garruccium *Bull. Nap.* N. S. 7 p. 168; Ricci *Gazz. di Aquila* 1 Dec. 1875.

4159 litteris vetustis. Collemazzolini ad fontem.

///  
//LIEI · TE · N  
sALVE

Dressel descripsit.

Prima littera superstes fortasse B fuit.

4160 litteris magnis. Inter Nesce et Civitellam in contrada S. Silvestre in angulo aedium Domizi.

ATRI ·

Dressel descripsit.

4161 in rupe inter Peschiorocchiano et Nesce in contrada i Bussi prope villam dirutam Morelli.

D M S  
r // IVTV //  
II / N // //  
// // // //

Dressel excepit vestigia haec evanida. Iuxta fuit alterum epitaphium quod evanuit totum.

4162 litteris magnis. Colle Viati prope Colle Maggiore in angulo aedium quarundam.

testamentO

Dressel descripsit.

4163 extra Corso, quae villa est Fiamignano, in via qua itur ad Collemazzolino.

IN FRON · P · X  
IN AGRO · P · XX

Dressel descripsit.

4164 in S. Agapiti sub Fiamignano in ecclesia in gradu altaris.

IN F · P  
IN A G  
P · X

Dressel descripsit. Riccius dedit.

4165 sulla via che conduce da Alzano a Colle Maggiore a sinistra in una rupe tagliata a picco RICCI. Frustra quaesivit DRESSEL.

ΛΒΙΥΛΛ

Riccius dedit.

### LXXXIX. CLITERNIA (Capradosso). Tribu Claudia.

Inter oppida Aequiculorum apud Plinium 3, 42, 106 collocantur *Cliternini*, apud Ptolemaeum 3, 1, 56 Κλαίτερνον. Fuisse ibi fere ubi nunc est Capradosso intellectum est ex titulo n. 4169, unde item innotuerunt oppidi magistratus *duoviri* et *quaestores*. Accedunt *sexviri Augustales* ex n. 4166. 4167. Tribus eadem fuit atque Aequiculorum qui proprie dicuntur Claudia.

Comprehendimus hoc capite titulos repertos in dextra ripa fluvii Salti, vicis Petrella Staffoli Capradosso Calcariola; Borghetti autem inventi et qui prodierunt in dextra ripa Velini fluvii edentur inter Sabinos.

4166 basis magna sub Staffoli Petrellam versus in diruta ecclesia S. Iohannis.

C · ARRVTIO · SABNO  
ET · IEGIAE · CYPRI  
P · IEGIVS · P · L · MARTIALIS  
P · IEGIVS · P · L · PHILOCHDES  
5 VI · VIRI · AVG  
ET · IEGIA S a  
BINA · PRIVATA  
NOBILIS · FILI · OPTVMIS  
PIISSIMIS · Q · PARENTIBVS · ET  
10 SIBI · POSTERIS · Q · SVIS · FEC

Recognovit Dressel. Garrucci *Bull. Nap.* N. S. 7 p. 159.

4 sic visum est Dresselio in lapide esse, PHILOCIDES Garr. — 6 requiritur IEGIAE.

4167 Capradossi in ecclesia S. Mariae.

ui VIRI aug.  
ET SED  
IEGIA · LI

Dressel descripsit.

4168 sub Staffoli Petrellam versus in aede S. Iohannis antea, nunc ibidem in hortis Olinti Petrangeli.

C H E R E N N I V S · P H I L O I ui vir?  
R E G I O · L E P I D I · I T E R V M · A V G u s t a l i s  
V I V I R · A V G V S T A L I S · R E A t e g l a d i a t  
P A R · V · Q · C · D E D I T · E T · C R V S T · M V s u m g . s i b i e t  
5 V H A X C I I  
F V L V I A E · V X S O R I · T R E B

Recognovit Dressel exemplum, quod ab amico acceptum Leosinius a. 1856 misit Instituto archaeologico.

3 in. 4 in. quae non vidit Dressel dedi inclinatis. — 4 Q · C · quid significet, nescio. — 5 minoribus litteris interiectus significat opinor *v(icit) h(oneste) a(nnos) XCII*.

4169 [=5732] basis pulchris litteris scripta DRESSEL. Capradossi in ecclesia parochiali S. Stephani rep. a. 1790, dum altare primum instauratur MARINI; *al campanile della chiesa parochiale* DRESSEL. — Capradossi in ecclesia rustica S. Andreae MART.

DIS · MÁNIBVS  
T · SELLVSI · C · F · CLA  
CERTI

AÉDILI · REÁTE · QVAEST · IV  
5 DVVMVIRO CLITERNIAE  
PRAÉF · FABR · COS · II  
IYDICI · EX · V · DECVRIS  
VIXIT · ANNOS · LXXXVII  
SINE · AÉRE · ALIÉNO

Recognovit Dressel. Habet iam Marinius cod. Vat. 9126 f. 65 et cod. 9127 f. 27 manu aliena. Primus edidit Martelli *sulla scoperta del sito di Cliternia* 1819. 8. p. 7, Sic. n. 34, unde sumpserunt Liberatore *opusc.* I p. 62 et (quod monstrant lectiones) Melchiorius Avezzanensis. Aliunde Donarellus apud Cappellum Accumoli p. 55 et schedae Cassittii. Orelli 3784.

Idem nomen legitur in fistula plumbea aliquando musei Borgiani, hodie publici Neapolitani (I. R. N. 6829, 11): T·SELLVSI·CERTI.

4170 [=879\*] lapis longus palm. 8, latus palm. 2, altus palm. 1/2; in via a Petrella Capradossum prope hunc vicum a sinistra viae ad ecclesiam rusticam S. Andreae iacet in solo MART. Frustra quaesivit DRESSEL.

PRIVATA · FACIVNDOS · COERAVIT

Fide stat Martellii *scop. di Cliternia* 1819 p. 5, Sic. p. 171 n. 36, a quo pendent tam Bunsen ann. inst. 1834 p. 113 quam Melchiorius Avezzanensis ms.

FACIVNDOS Clit. — COIRAVIT Sic.

4171 litteris antiquis; v potius est quam L. *Gran cippo precipitato dal Monte Verano nel tenimento di Calcariola comune di Civita Ducale nella destra del Salto presso il ponte di S. Martino* RICCI. Ibidem sepultum totum reperit et extrahi iussit DRESSEL.

VIA INFERIOR  
PRIVATAST  
T · VMBRENI · C · F  
PREARIO · ITVR  
5 PECVS · PLOSTRV  
NIQVIS · AGAT

Dressel recognovit descriptam a Riccio. Ab hoc acceptam ed. Garrucci syll. n. 1872.

*Via inferior privatatast T. Umbreni C. f.; precario itur; pecus plostru(m) ni quis agat.*

4172 [=5722] rep. in S. Giovanni de' Staffoli, deinde Pagliare in aedibus Mozzetti MART. Ibidem viderunt RELIQUI.

P · PES CENI s  
P · T · L · HILARV s  
NATIONE  
GALLVS

Recognovit Dressel. Martelli n. 37; Leosinius misit Instituto; Garrucci *Bull. Nap.* N. S. 7 p. 160.

4173 rep. inter Petrellam et Staffoli in ecclesia S. Iohannis, est Staffoli in villa Olinti Petrangeli.

p CAMEDIVS · P · L · AIAX  
CAMED IA · C · L  
MVRTI s IN FR P IIX  
IN AG P VII

Dressel descripsit titulum evanidum factum totum.

2 post D, 3 post TI hiatus est scriptura antiquior. — 3 MVRTI s de postrema littera dubitans Dressel.

4174 litteris magnis. Petrella Salto *alla rampa di una chiesetta presso S. Martino*. Supra legitur † SCE MRE OR P N.

L · HIRREDIVS

Dressel recognovit a Riccio descriptam.

4175 [=5739] Capradossi. — Frustra quaesivit DRESSEL.

SATVR · SIBI  
ET · DOTICINI  
FILIAE · PIAE · ET  
MARIONI · FRATRI

2 DOTICINI Amad. Melch., DODICINI Mart. (Sic.), DOTICINAE Mart. (Cl.) Capp. — 4 MARION Melch.

Amaduzzi anecd. 4, 528 a Riccomanno; Donarellus apud Cappellum Accumoli p. 55; Martelli *sulla scoperta di Cliternia* 1819 p. 6, Sic. p. 171 n. 35, qui exscripsit; Melchiorius Avezzanensis ms.

4176 Capradossi in muro prope ecclesiam parochialem.



Dressel descripsit.